17 Sed his rñdetur,quod impoſſibiliũ nulla eſt obligatio,ſi impoſſibilitas ſit impedimẽto naturæ;vt nec per ſe,nec per alios ſit poſſibile, ſecus ſi partis incommoditate. l. continuus.§.illud.ff.de ver.obl.vel rñde ex no.per Soc.iun.conſ. 93.nu.55.lib.1. difficultas vero minuit ius ordinariæ probationis,ſed non tollit,& ita procedant ſuperius allegata, & not.per Alex.conſi.24.col.ij.lib.2.Cor.conſ.113. col.ii. lib.1.Marſ.not.j.conſ.568.cõſ.584.& in pract. crim.in ver. diligenter nu.81.& Rub de probat.fol.5.Fely. Rub.de probat.Iaſ.conſi.58.col.ij.lib.2.Gramm.con.j.col.pen.

18 Secundo ampl.vt procedat etiam in Negatiua iuris, id eſt hoc iure nõ probatur,licet quotidie dicamus quod lex nõ dicit &c.& aliter nõ probemus, etenim hæc Negatiua eſt fundamentũ intentionis ita negantis,& vnuſquiſq; ſuã intentionẽ probare tenetur,& id dicere,non debet quod ſe probare poſſe nõ confidit.c.ſi ſacerdos.ex.de offi.ord.cum late ſupradictis.Hoc ſentiunt conſulentes illi; qui laborãt in probãdo quod filiorũ appellatione in emphitheuſi fœminę nõ cõprehenduntur vt Alex.conſ.61.lib.1.conſ.j.nu. 22.lib.v.& alleg.late per Tiraq. in tract.retrac.§.j.gl.9.nu. 181.& conſulẽtes illi,qui in cõditione ſi ſine filijs fęminas nõ cõtineri contẽdunt,de quibus per Socy.l.cum auus nu. 76.de condit.& demonſtrat.& per Dec.conſ.545.& per Socyn.iun.conſ.13.conſi.46.conſ.78.conſ.87.conſ.81.libr.3. Itẽ conſulẽtes filiorum appellatione nepotes nõ cõtineri vt Alexan.cõſ.168.lib.1.conſ.54.lib.3.conſ.16.lib.5.Dec. conſ.511.col.fin.Crau.conſ.154.col.fi.lib.i.Socy.iun.conſ. 30.nu.35.lib.3.conſi.135.col.1.lib.i.conſi.128.nu.228.lib. eo.conſ.54.in prin.lib.2.conſ.2.in prin.conſ.31.nu.31.lib.

3.Non

3. Non obſtat, quod lex non dicit &c.l. illam cum ſimilibus.C.de collat.quia præterquam,quòd in dubium reuocari poſſet an probetur iure propoſitio illa, tñ nõ propterea,qui dicit hoc lex non dicit releuatur ab onere probãdi intentionẽ ſuã hoc eſt legẽ non dicere, & ita ſentit Lanfrãc.Oriã.in.c.quoniã cõtra col.mihi. iiij.ex de probatio.

19 Tertio hæc regula ampl.vt procedat ẽt in negante,qui pro ſe habeat pſumptionẽ, quæ aut ceſſauit,aut fuit eliſa, vt in mandato de quo non fuit oppoſitũ licet mille annis non præſumatur,vt negãs probare teneatur non interueniſſe alleg.gloſ.in.l.Pomponius.§.rati.ff. de procurat.in.l. licet.C.de procur.Canon.in.c.1.de elect.libr.6. Imol.c.cũ in iure ex.de offic.delega.Alex.cõſ.cij.col.i.lib.5. Bal.cõſ. cccxli.lib.iii.cõſ.ccccxl.colum.i.lib.5.vt refert, & ſequitur Crau.conſ.cclxxx. in fi.li.1.conſ.cxciiij.col.j.li.1.à quibus non ſunt aliena ea,quę diximus ſupra,& ꝙ licet alias quęlibet res præſumatur libera tñ ſi res reperiatur inter bona feudalia,dicens rẽ non feudalem,id probare debet, vt per Bal.in.l.inſulæ.ff.de iudic. & per Caſtrenſ. & Socyn.in l.i. ff.de acqu.poſſe.Et Bal.in Rub.de contrah.emp.q.22.Socyn.conſ.cxlvi.col.2.lib.2. Dec.col.dxxviij.col.i.lib.4.

20 Quatro ampliatur, vt procedat ſiue ſit negatiua facti, ſiue negatiua qualitatis. Bar.in l.in illa in ver. ſiue ſit negatiua facti, ſiue ſit Negatiua qualitatis.ff.de verb. oblig. & ſi negetur nõ iure factũ Bart.in l.Decem.q.fin.vbi Alex. & Iaſ.ff.de verbo. oblig.& mihi placet ex identitate rõnis præſertim ſi negetur qualitas natutalis intrinſeca, & ita ſcribit Oriãd.d.c.qm̃ cõtra nu.15.& Soc.iu.cõſ.7.co.2.li.i.

21 Quinto ampliat.vt negans teneatur probare non ſolum id,quod negat ſed ẽt qualitatẽ eius,quod negat,ſi quidẽ illa neceſſaria erat ad obtinendum, vt in petente matrẽ priuari pupilli hæreditate,quòd ei tutorem non petiiſſet, qualitatem ꝙ intrà ambum non petijt probandã eſſe not.ad in l. ſciant. C. de legit. hæredib.Bal. in.l.matre. C.ad Tertullian. in l.precibus verſ. nunquid mater. C.de impub. Bal.cõſ.ccclxxix.lib.3.cõſ.ccccIxxxix.lib.5.Anch. conſ.ccl.Corn.conſ.lxxxvii.lib.4.Curt.ſen. cõſ.66.col.15. Rub.conſ.66.cõſ.lxxxi.Alex.cõſ.185.col.fin.lib.6.faciunt

not.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

not.per Bar.in l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de ope.nou. nunt.per Fely.c.auditis num.38.ex.de præſcript. c. cum tu nu.21.ex.de teſtibus.c. cum in eccleſijs in prin.ex. de maior.& obedient.c.nonnulli.§.fin.nu.17.ex.de reſcrip.& per Crauett.conſi.201.nu.31.conſi.205.col.iij.lib.2.& ea,quæ ſupra cumulauimus.

22 Sexto ampliat.hęc regula,vt procedat ſiue actor neget, ſiue reus,itē ſiue reus agēs,ſiue excipiēs, neget quia in exceptionibus Reus eſt actor.l.j.ff.de excep.l. in exceptionibus ff.de prob.Crau.conſ.201.nu.30.lib.2.facit quod probationes regulariter ſunt de medio iudicio,in ijs aūt actor & reus æquiparantur vt per Alex.l. iiij.§. ſi quis condēnatum col.ij.ff.de re iudic.Iaſ.in l.de die.col.pe.ff.qui ſat.cogant.Iaſ.in l.exigendi.nu. 12.C.de procurat.l. in pecuniarijs nu.32.ff.de ferijs in l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtichum in prin.ff.de verbo.obligat.l.j.col.ij.ff. de eo per quem fuit erit.Decium in reg. fauorabiliores de reg.& ſi circa qualitatem teſtium reus in aliquo videatur prærogatiuam habere arg.gl.c.clerici.81.diſtinct.& not.per Abba.& Fely.in c. tertio loco.ex.de probatio.ſed nos loquimur in priuilegio probandæ intentionis,& ita ſentiunt Doct. quos in principio citauimus partim dum in ſpecie de reo loquuntur,partim dum generaliter, arg. not. ſuprà & ſcribit Crauetta, conſi.12.col.j.lib.1.ac probat c j.de confeſſ.lib.6.

23 Septimo ampliatur vt negans, ſiue excipiens exceptionē,ſiue negationē ſuam in ſpecie probare teneatur non in genere,generalis.n ꝓbatio nō releuat.c. in præſentia.ex. de probat. vbi Abb.Fely.ac Dec.l.j.§.labeo.ff.de flumin l. Titia.textores de legat.j.vbi.Iaſ.col.ij.Ang.conſ.61.col j. Abb.c.auditis nu.23.& 28.ex.de pręſcript.c.2.nu.3.ex.de reſtit.ſpoliat.Alex.conſ.44.nu.6.lib.3.conſ.29.nu.30.lib. 7.Corn.conſi.46.col iiij lib.2.Abb c. cum olim.nu.9.ex. de cenſib.Iaſ.in l.j.nu.19.C.de procur. in l.nā hoc nu.6.c. vnde legit.Dec conſi.134 col iij.Crau.conſi.201. nu.29. conſi.218.in fi.lib.2.Socy.iun.conſi 145.nu.7.lib.j.facit.l. prætor edixit in prin.ff.de iniur.limit.vt per Iaſ.d.l.Titia. textores col.ij.& per Decium conſi 218.

24 Octauo ampl vt procedat non ſolum ſi eſt fundamentū actionis,

actionis,ſed ſi eſt fundamentum exercitij actionis, vt creditor hypothecaria cõuenire poteſt tertios poſſeſſores,hypothecariam tamen actioñe exercere nõ põt,niſi facta excuſſione doceat debitorem non eſſe ſoluendo Aut. hoc ſi debitor.C.de pignor.not per Doct.in l. fin.ff.ſi cert.pet.& in l.decem.ff.de verbo.obligat.Alex.conſi.xv.col.fin. lib. 5.conſ.lxxxv.lib. eo.conſi.cxxxvij.col.ij.lib.2. conſ.xiiij. lib.6.conſi 70.lib.5.Crauet.conſi.lxxvij. col.fi.lib.j.conſ. ccj.col.fin.Socy. in regul.excuſſio Tiraq. in tract de conſti.poſſeſſ.p.j. nu.54. & ita ampliat Franc.Rip. in l. in illa nu.10.ff.de verbo.obligat.

25 Nono ampliatur, vt procedat non ſolũ in negatiua fundamento actionis,ſed in negatiua fundamẽto officij iudicis.l.magis puto §.ne paſſim.ff.de reb. eo. facit quod licet quo ad ſtrictã ſignificationẽ aliud ſit,officiũ iudicis, aliud actio,tñ quo ad largam idẽ ſunt ſec.magis cõm.reſolut.in §.j.inſtitu.de actio.& in l.j ff.de iuriſd.om.iudic.& in c.2. vbi Fely.ex.de offi.iud.& ita ampliat Fran.Rip. in d.l.in illa num.mihi xiij ff.de verbor.obligat.

26 Infertur ex hac regula tàm in. d.l.in illa,quàm alibi ad multa,quæ ſi recenſere vellem de illationibus huius regulæ mihi conſcribendus eſſet alter liber; ſed quoniã libelli breuitati ſtudeo,illis omiſsis,quaſdam,quæ præ cęteris notandæ mihi viſæ ſunt,ſubnectam.Primo infertur ꝙ petens principaliter à creditore nõ laceſſitus ſe declarari non debitorem,quia nihil debet hoc probare tenetur Dec. conſ. xliij.col.j lib 1.etſi cõtrarium tenuiſſe videatur idẽ Dec. conſ.iij.n.ix.lib.primo,& Alc.iij.reg.præſump.xliiij.nu.7. Secundo infertur, ꝙ dicens ſe prǽſcripſiſſe emphiteuſim, & ſolutionem canonis, quia per xl.annos non ſoluit hoc probare tenetur, quòd negat ſe ſoluiſſe, quicquid contra ſcripſerit Paul.caſtren.conſil.cccviij lib. 1.Corn.conſi. cxlij.& conſ.cclxiij lib.4.& ſequatur Crau.cõſi.cxj.nu.xj. lib.j.Tertio infertur,quod dicens ſe appellationẽ proſequi non potuiſſe hoc probare tenetur Paris. conſi.cviij.col.j. lib.4.Crau.cõſi.ccxl per tot.lib.2. Quarto infertur ꝙ Ruſticus mulierue, quando dicunt ſe non potuiſſe conſulere peritiores,hoc probare tenentur Alex cõſi.xiiij.in fi.lib.j.

Quinto

Quinto infertur quòd Rex aliuſue agens conttra vaſallũ ad reſtitutionẽ poſſeſſionis quaſi vaſallus non fuerit inueſtitus, hoc probare tenetur, Bart. in l. i. C. de condict. & procurat. libr. 11. quicquid contra dixerit Bald. de quo tamen videndũ eſt per Deciũ conſ. 61. lib. i. Sexto infertur, quòd ſubſtitutus vulgaris agens ex remedio. l. fi. C. de edict. D. Adria. quaſi primus hæres non extiterit hoc probare tenetur faciunt not. in. l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad trebell. Septimo infertur quòd licet ex eo, quod aut teſtes, aut notarius non reperiatur recedamus à quibuſdam ordinariis ſolemnitatibus, vt per Decium conſi. cclxxxv. col. ij. lib. 2. ita tamen dicens hoc probare tenetur, & ita ſcripta per Dec. d. cõſ. cclxxxv. intelligãtur. Octauo infertur, quòd dicens maritum eſſe effectum non ſoluẽdo hoc probare tenetur Paris. conſ. liij. col. ij. lib. 4. Nono quòd hæres volens contrauenire facto defuncti, quòd hæreditas non ſit ſoluendo, hoc probare tenetur Crauetta conſ. 226. col. fi. lib. 2. Decimo infertur quòd dicens ſe coram honeſta perſona appellaſſe, quòd iudicis copiã non habuerit, hãc negatiuã probare tenetur Crauett. conſ. ccxl. lib. 2. Vndecimo infertur ꝙ obligans ſe, ſi quid nõ fecerit intrà diem incertã non ante executionem inſtrumẽti habebit, quàm oſtenderit non eſſe factũ Dec. conſ. ccccxxxix. lib. 3. Duodecimo infertur quod dicens ſe cũ hæredibus morari non poſſe, hoc probare tenetur Anch. cõſ. ccliij. Iaſ. in l. diuortio in princ. col. 7. ff. de ver. oblig. xiij. infertur ꝙ dicens opus factũ non eſſe ex diligentia, hoc probare tenetur Patris. cõſ. xxxvij. per tot. lib. 1. xiiij. infertur ꝙ agẽs quaſi cõtractus huiuſmodi nõ ſit, ſed alius, vel ſimulatus hoc probare tenetur Pariſ. conſ. lxxix. in prin. lib. 1. xv. infertur ꝙ dicens ſententiam eſſe latam cauſæ cognitione nõ præcedente hoc probare tenetur Paris. cõſ. 79. in prin. lib. 1. 16. infertur, quòd dicẽs mobilia nõ extare, & ideo deueniendũ eſſe ad alienationem bonorum immobiliũ, hoc probare debet Paris. cõſ. 99. in prin. lib. 1. 17. infertur ꝙ licet nõ recognoſcentes imperatorẽ legibus ciuilibus non vtãtur, tñ ſi dicant ſe non obligari his legibus, hoc quoque probare debent, ꝙ imperatorem quo ad leges non recognouerint

vt

vt de Florentinis Paris.ſcribit conſ.10.col.pen.lib.2. licet de his contra dicendũ videtur quia Florentini libertatem prætio redemerunt à Rodulpho imperatore vt poſt Blondum.8.lib.2.dec. & Platin. in vita Honorij ſcribit Fely.in c.cum non liceat nu.18. ex.de præſcrip. Dec.cõſ.357. col. 2.lib.3.18.infertur quòd dicens non eſſe præſcriptũ, quod agere nõ potuerit hanc negatiuã probare debet Dec. cõſ. 445.n.48.lib.4.19.infertur ꝙ agens quaſi aduerſarius conuentionem non ſeruarit & ipſe nõ contrauenerit hæc probare tenetur.Dec.conſ.380.nu.3.lib.3.Vigeſimo infertur quòd dicens teſtatorē hoc,vel ita nõ intellexiſſe,hoc probare tenetur Paris.cõſ.57.col.iij.lib.3. Vigeſimoprimo infertur ꝙ dicens per ſe non ſtetiſſe quominus volũtas, aut cõditio teſtatoris impleretur,hanc negatiuam probare tenetur Bar.in l.qui commeatus.ff.de milit.teſtamē.Socy.l. titius.2.not.ff.de condit.& demouſt.Vigeſimo ſecũdo infertur ꝙ dicens aduerſariũ promiſſa nõ ſeruaſſe, & ex hoc pœnã incurriſſe,hoc probare tenetur Alex. conſ.34.col.i. lib.1.Vigeſimotertio infertur, quod dicens ſententiã non æque latã hanc negatiuã probare,& acta reproducere,tenetur Ang.conſ.194.3.dub.Alex.cõſ.161.col.i.lib.2.Dec. conſ.295.col.i.Crauetta conſ.273.col.3.lib.2. Vigeſimoquarto infertur, quod dicens ſe nõ poſſe venire ad aliquē locũ,hoc probare tenetur Alex. cõſ.206.col.2.lib. 2.Dec. conſ.460.co.fi.lib.quarto.Vigeſimoquinto infertur,quod dicens ſe ex eo,quod non denũtiauerit, non teneri de euictione, quia venditor nihilomagis defenſurus fuiſſet, hãc negatiuã probare tenetur, quicquid Decius quandoque contra ſenſerit.Vigeſimoſexto infertur ꝙ dicens teſtatorē articulate loqui non potuiſſe;hanc negatiuam probare tenetur Decius cõſ.489. col.ij.lib.4. Vigeſimoſeptimo infertur quòd vidua,quæ ſe acquiſiuiſſe, ſed non ex bonis,& pecunia adminiſtrationis curæ pupillaris,hoc probare tenetur Paris.conſ.80. col.iii.lib.1. Vigeſimooctauo infertur,quòd dicens ſtatutũ,legemue aliquam non eſſe vſu receptã,id probare debet Decius conſ.534.col.pen.lib.4.Vigeſimonono infertur,quòd dicens hæreditatem non aditã non eſſe tranſmiſſam,vel conditionē ſine liberis nõ de-

feciſſe,

feciſſe, quòd infans natus viuere non poterat, hanc negatiuam probare tenetur Decius conſ.624.col.fin. lib.4. Trigeſimo infertur, quòd dicens inſtrumentũ, teſtamẽtumue non abolitum, non cancellatũ, hoc probare tenetur, vt inde locum habeat remedium l.fin. C.de edict. D.Adria. vel aliud ſimile. Trigeſimoprimo infertur, quòd dicens furtũ factum eſſe ſine culpa ſua ſi ad eum cuſtodia pertinebat non culpæ probationem ſubire debet. Paris. cõſ.156.col. 2.lib.4. Trigeſimoſecundo infertur ꝙ vxor dicens nõ quæſitũ de bonis mariti, hoc probare tenetur Paris. conſi.62. per tot.lib.1. Trigeſimotertio, infertur qđ notarius aliuſue cuius interſit Negatiuam, quòd Notarius impeditus, per ſe ſcribere non potuit probare debet Alex.conſi.129. col.fin.lib.1. Trigeſimoquarto infertur ꝙ dicens aliquem confinia non ſeruaſſe, & propterea pœnã incurriſſe, Negatiuam illã probare tenetur Bar.in l.relegati.ſ.de interdit. & releg.Dec.cõſ.632.in princ.lib.435.inferri poteſt quòd dicens reſcriptum, ſurreptitium, hoc probare tenetur, de quo me remitto ad not.per Felyn.in c.ſuper literis.c.conſtitutus.ex.de reſcriptis Paris. conſ.108.col.fin.lib.4. Trigeſimoſexto infertur quòd appellans elapſo termino ad appellandum; quia per ſe non ſteterit, hoc probare debet Alex.conſ.81.col.2. lib.3.Dec.conſ.677.in prin. lib.5.38. infertur, quòd petens reſtitutionem ex capite ignorantiæ contra præſcriptionem. 30. annorum ignorantiam probare debet, vt poſt Fely. & alios in c.ſi diligẽti. de præſcri. Decius.conſ.29.lib.1. Paris.conſ.66. col.antep.lib.3. Trigeſimonono infertur, quòd petens contractũ nullũ declarari, vt à non maiore geſtũ hanc Negatiuã probare debet Bar.l.j.circa finẽ.ff.de exception. Alex. conſ.149.viſo proceſſu col.pen.lib.5.Decius conſ.682.in fin.lib 5.Quadrageſimo infertur ꝙ agẽs contra tertios poſſeſſores ꝓ reciſſione cõtractus ꝙ principalis non ſit ſoluẽdo, hoc probare debet Paris.conſ.80.col.j.lib.1. Quadrageſimo primo infertur, ꝙ dicẽs ſe non ꝑcepiſſe tot fructus, quot ſufficiãt pẽſionibus, vt conſequatur remiſſionẽ hoc probare tenetur Paris conſ.38.col.j.lib.1. Quadrageſimo ſecũdo infertur quod nolẽs ſoluere penſionẽ quod dicat ſe ſine cauſa

ſua,

re conducta vti non potuiſſe, hoc probare tenetur Paris. conſ.41.col.j.lib.1.Quadrageſimotertio infertur,quod cũ mater cũ patre dotẽ promittens, ſi pater non ſit ſoluendo promittere videatur,agens contra matrẽ,patrem non eſſe ſoluẽdo probare tenetur Crauetta conſ.77.col.2. lib.j. Quadrageſimo quarto infertur,quod agens ad pœnã qua ſi poſſeſſio ſibi tradita nõ fuerit,hoc probare debet Alex. cõſ.109 col ij.lib.5.Quadrageſimoquinto infertur quod dicens aliquẽ teſtamentũ facere,vel mutare non potuiſſe, hoc probare debet Paris cõſ.67.per tot.lib.3.Quadrageſimoſexto infertur quod dicẽs genus verificari nõ poſſe niſi in vna ſpecie iux.l.ſi fundus.ff. de fundo inſtruct.& no.in l.ij.ff.de lib.& poſthum. hoc probare debet,ita ſentit Crauetta cõſ.cxij.col.j lib.1.Quadrageſimo ſeptimo infertur quod dicens Notariũ rogatũ non eſſe, hoc probare debet Paris cõſ.lxj.in princ.lib.3. Quadrageſimo octauo infertur quod agens ex ſtatuto,quo villa, malefactore nõ inuẽto tenetur,hãc Negatiuã quod malefactor nõ inueniatur probare debet Corn.cõſ.cxxiij.col.ij. lib.1.Crauetta cõſ. xij.col.fi.lib.1. Quadrageſimonono infertur quod negãs in iudice qualitatem,qua dempta ei non ſit ſubiectus,hoc probare tenetur Crauetta cõſ.cxcvj.col. pen.lib.1. Quinquageſimo infertur quod dicens ad infirmãdum teſtamẽtum aliquẽ loqui nõ potuiſſe hoc probare tenetur Alex. conſi.xiij lib.1. Quinquageſimoprimo infertur quòd allegans præſcriptionem,quia negligentiam aduerſarij implicat illam probare tenetur. Bar. in l.genero nu.4.ff. de his qui not.infam. alias obtineri non poteſt, vt per Crauettam conſ. ccj.nu.29.libr.j.quod ſi verum eſt notabile mihi videtur.52.infertur,quod emptor.qui litem motam ſibi,nõ denũtiauit vẽditori,& ex eo,ſe vult defendere, qđ vẽditoris nõ intereſt denũtiari,hãc negatiuã ꝓbare debet vt ſentit Alex. cõſ. lxiij.col.fin. lib.6.Socy.l.ij.§.volũtate. ff.ſolu.matr.Dec.cõſ.698.Fel.in c.cũ olim.col.iiii.de re iudic.& in c.cũ Bertol.col.xi.eo.tit Iaſ in l.ſi domus.§.de euictio. col.2. de leg.i.Afflict.dec.49.Marſ.Rub.de proba. fol.49.53.infertur,ꝙ agẽs quaſi debitor ad facieudũ,& cu rãdum nõ fecerit hoc ꝓbare tenetur,vt ꝑ Dec.cõſ.108.li. primo.

primo.54.infertur, quòd dicens Notarium non ſcripſiſſe à teſtatore enuntiata, hoc probare debet, vt per Dec.cóſ. 105.lib.1.55. infertur quòd dicens debitorem eſſe ſuſpectum vel non eſſe ſoluendo, de hoc fidem facere debet, itẽ quòd poſt contractum celebratũ non fuerit effectus deterioris conditionis Dec. conſi.75.lib.1:56.infertur, quòd negans minorem eſſe intra tẽpora petendæ reſtitutionis hoc probare tenetur Corn.conſ.135. de plurib.libr.2.quẽ referunt, & ſequuntur apoſtillæ ad Alciat. 1.reg.42.præſump.57.infertur, ꝙ tam maſculus, quàm fœmina dicens ſe ignoraſſe, quanquam ignorentia alias præſumatur, hoc probare tenetur, ſm Baldum conſ.54.Barto.in l.fin. C.de iur.& fact.ignor.Dec.conſ.180.col.fin.lib.1.58.infertur ꝙ dicens ſe non ſubiectum epiſcopo, cũ intrà dioceſim ſit cõſtitutus hoc probare debet Decius conſ.152. lib.1.59.infertur quòd impetrans reſcriptum ſuper diſpẽſatione matrimonij quaſi inter ignorantes contracto, hoc probare debet alias raſcriptũ eſt ſurreptitium Dec. conſ.154.libr. primo, niſi vbi motu proprio reſcriptum ſit conceſſum Dec.conſ.341.col.2.lib.2.60.infertur, quòd dicens ſe Romam non iuiſſe ſub cuius conditione ſibi fuerat promiſſum hoc probare tenetur Dec.conſ.177.in prin. lib.1.61. infertur, quòd ſupplicans aſſerens locum non tutum hoc probare debet Dec.conſ.172.lib. 1.

Limit. hæc regula ſecundum ſupraſcripta declarata, & ampliata, vt non procedat in negante ſibi numeratam pecuniam ex cauſa mutui, item ſibi dotem numeratam, vel ſi de recepto, confeſſio interueniſſet, intra biennium tamen.l.ſi ex cautione, vbi Barto.&c.l.in cõtractibus, & per tot.tit.C.de non nu.pecu.& ſcribit Bar.& ſequentes in.d. l.in illa in fi.ff. de uerb.obl. Abb.& Fely. in c.ſi cautio ex. de fid.inſtr.idem Abb.c.fi.ex.de ſolut.Bal. in l.fi.col. pen. C.cõm.utriuſque iud.Ang.in l.ita ſtipulatus.§.Chriſogonus de verb.obl.Caſtren.in l.2.§.fi.ubi Dec.colum.pen.ff. ſi cer.pe.Alex.conſ.143.in prin.li.5.conſ.2.n.18.lib.4.cõſ. 145.col.2.lib.1.cõſ.97.col.2.cõſ.147.col.2.lib.7.Dec.cõſ. 473.n.24.& in.l.15.apud quẽ nu.13.C.de edend.Iaſ.in l.à Diuo pio.§. ſi ſuper rebus col. 2. ff.de re iudic. & in.l. qui

pecuniam

pecuniam in prin.ff.ſi cert.pet.

28 Ampliatur hæc limit. multis modis per Iaſ. in d.l qui pecuniam in prin. & per Fely.in d.ca.ſi cautio.ego eorum amplia.omſſis duabus tantum cōtentus ero, Primo amp. vt procedat etiam ſi iuramentum ſuper contractu fuiſſet appoſitum, & renuntiatum except.non nu.l.fin.C.de non nu.l.pri.ff.qui ſatis.cogant.pecu. & ſcribitur per Bar.d.l.ſi ex cautione col.fi.& per Dec. in d.l.ij.§.creditū col.pen.ff. ſi cer.pet.& Socy.iun.vbi quædam allegat conſ.47.nu.21. lib.3.quia iuramentū intelligitur ſm qualitates conditiones,& limites verborū ſuper quibus interponitur Old.cōſ. ccxxxviij.Roma.cōſ.cclxix.Abb. c. cū contingat.n.xiiij.c. quemadmodū.§.illud.ex.de iur.iu.& in c.j.n.xxj.vbi posteriores,& Rip.limi.ſub.n.mihi.lvij.ex.de iud.Ale.in l.ſeius, & augerius vbi limit.ff.ad l.falcid.Are.cōſ.xxiiij.Iaſ.in l.ſi duo patroni.§. item ſi iurauero col.ij. ff.de iureiur. & in l. dotem.j.limi.ff.de verb.obligat.Dec.in l.ij.§.creditum col. pen.ff.ſi cer.pe.in l.quod te nu.44.vbi Mod.Bon. etiam ad tacitas qualitates ampl.eo.titu. in l. ſi donationem nu.27. C.de collation.Dec.conſi.cccvj.col.ij.conſi.ccxl. in princ. conſi.ccxlv.in prin.conſ.dxxxj.col.ij.Paris.conſ.xvj.nu.74. lib.2.conſi.xlviij.nu.46.lib.4.conſi.cx.nu.xxxiiij.lib.j.Paris.conſi.x.nu.xxxv.lib.4.conſ.lxxxvj.nu.xxxiiij. conſ.xcv. col.ij.lib.3.Cōſti.poſſeſ.iij.p.amp.vij.n.xxxiiij.Gozad.cōſ. lvij.poſt prin.Crauetta conſ.cij.vbi col.fin.limit.lib.primo Socyn.iun.conſil.xlvij.nu.20. vbi quædam congerit lib.3. Alex.conſi.clxxix.col.ij.lib.2.Dec.Tholoſ.ccclxxv.

29 Secundo ampliat.vt procedat etiam ſi exceptio non numeratæ pecuniæ proponatur vel pecunia numerata negetur poſt triennium, quando poſt confeſſionem de recepta dote,vel pecuniæ apparet de promiſſione; tunc enim confeſſio videtur facta ſpe futuræ promiſſionis.Bar.imol.cum. Caſtren.in l.pen.§. ſi vir.ff. ſolut.matrimon.Bald.in l.j. C. ad velle.vbi alleg.l.ſi nomen.ff.de hæred.vel act.vendit.Caſtrens.conſi.lxxiij.lib.2.Dom.conſi.ccccxlv. Corn. conſil. cix.lib.4.Alex.conſi.cxlviij.col.j.lib.5.Socyn. conſi.lxxxj. num.21.lib.4.quicquid aliter ſenſerit Bal. d.§.ſi vir. Rom. ſing.xxvj.Corn.conſi.cclxxxviij.lib.j. Curtius ſenior conſ.

liiij.Sylua nuptialis fol.xliij.ex quo apparet pręcedentem opinion.magis comm.pro qua facit,quòd ex eo quòd quis probet pecuniam numeratam in x. poſt confeſſionem de xx.etiam poſt biennium aliter negatiuam pecunię ſibi nõ numeratæ probare non tenetur Bal.in l.ij.C.de non nu.pe cu.Dec.conſ.ccccxxj.nu.14.& dicemus infrà in modo quo dam probandi negatiuam.& ita teneo.

30 Sublimitatur hæc limi.multis modis per Felyn.in d.c.ſi cautio.per Iaſ.in d.l.qui pecuniam, & per Soc.in reg.confeſſio per apocham.in tract.fallentiarũ,equidem illis omiſſis,quaſdam, quas præterea notaui ſubnectam . ſublimit. itaque primo ſi quis confiteatur ſe tunc recepiſſe pecuniã, vt per glo.in l.generaliter in verbo caſum.C. de non num. pecu.& late ſcribit Alex.conſi.cxcj.col.ij.lib.2.

31 Secundo ſublimit.ſi quis ex alijs cauſis, quam prædictis hoc eſt dotis,& mutui, confiteatur ſe recepiſſe Dec. in l.ij.§.creditum col.pen.ff.ſi cer.pet.

32 Tertio ſublimit.vt non procedat vbi vltra confeſſionem adeſſet pactum de non petendo vt per Alex.conſil.cxlviij. col.ij.lib.5.

33 Quarto ſublimit.vbi confeſſionem de recepto præceſſiſſet promiſſio;tunc.n.ſubſequens confeſſio de recepto probat numerationem,vt per Cyn.Bal.Salyc.Pau.l.in contractibus.§.ſi.C.de fid.inſtru.Pau.Caſtré.in d.§.cum vir Rom. ſing.ccccxlv.Campeggius in tract.de dote p.j.q.lij.col.iij. & ita intelligo quod dicitur confeſſio de recepto probat vt per Alex.conſ.xxxvij.nu.2.cõſ.xc.col.ij.lib.3. conſ.cxlviij. col.ij.lib.5.cõſ.cxcvij.nu.3.lib.7.Fel.c. ſi cautio in ſi.ex. de ſi.inſtr.& per Dec.in d.l.ij.§.creditum col.pen.ff.ſi cer.pet. & alleg.per Tiraqu.in tract.retract.§.4.gloſ.numer.12.

34 Quinto ſublimit.vbi vltra cõfeſſionem de recepto adſit iuramentum quòd omnia contenta in inſtrumento ſunt vera.Iaſ.in l.patre furioſo num.17.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iu.Bauer.in tract.de virib.iuram.verſ.xxxj. Socyn.iunior conſi.50.in ſi.lib.1.

35 Secundo principaliter regula noſtra limit.in negãte ſibi factum,vel ſolutũ id,quod ſibi ſolui, vel fieri oportebat.l.j.C. de probat.l.qui commeatus.ff.de re milit. Alexand.ſentit

conſi.

conſi.cxxxj.col.ij.lib.4.conſ.xxxix.col.j.cõſi.cxx.col.j.lib. 5.Alex.conſi.cv.in princ.lib.1. Corn.conſi.xj.col.fin.lib.2. Rip.in l.fin.q.lv.C.de reuoc.donat.Alex.conſi.ccxxij. col. pen.cõſ.xlix.col.j.lib.2.cõſ.cxxix.col.j.lib.eo. cõſ.cxix.col. ij.& fin.libr.j.conſ.vj. col.v.lib.3.Bal.c.1.col.ij.quali.dom. proprie.priuet. ex quo negãs ſibi adimpletũ ne locum ha-beat donatio hoc probare non debet Crauetta cõſ. cxcij. col.vij.lib.1.& in ſimili dicentem aduerſarium ſe in tranſa ctione fundare nõ poſſe,ꝗ promiſſa, ſibi non ſeruarit hoc probare non debet Crauett.conſi.lxxxiij.col.ij.lib.1.Hinc Dominus dicens emphitheutam ex eo,ꝗ canonem nõ ſol uerit priuandum, emphitheuſi, hoc probare non tenetur glo.magna in l.ij.C.de iu.emphith.Alexan.conſil.cj.lib.2. conſi.xlj. lib.4. & multa ad hoc congerit Crauetta conſil. j.n.10.lib.1.hinc dico dominum negantem ſe teneri ad fa ciendam nouam inueſtituram quòd illa intrà annum pe-tita non eſſet,hoc probare non teneri, & ita præſupponit Dec. conſil. cccxxviij. in princip.lib.3. hinc infertur quòd agens ex.l.ſi quis maior.C.de tranſact. quaſi ſibi promiſſa non fuerint impleta, hoc probare tenetur itaque ſcribit Decius conſi.cccclij.lib.4.

36 Ampliatur hæc limit.vt procedat etiã contra præſum-ptioné.l.merito.ff.pro ſocio.c.ſi.cum ſimil.ex. de præſum. vt in domino negante Ruſticum ex diligentia agrum.co-luiſſe,vt is probare non teneatur Alex.ſcribit cõ.cxxix.per tot.lib.2.quod ſi verum eſt notabile mihi videtur.

37 Secundo ampliatur vt procedat etiam in creditore ne-gante ſolutionem eſſe factam tertio, cui ex conuentione negantis ſieri oportebat,Socyn.in l. prima.q. ſi.ff. de exce-ption.per not.per Saly.in l.ij. C. de iur. emphith. ſequitur Rip.in d.l.in illa.nu.24.de verb.obligat.

38 Hanc ampliat.Iaſ.in d.l.in illa nu.15.declarat, vt proce dat ſecundum terminos ſuos hoc eſt qñ negatur alteri ſo-lutũ,ſecus ſi negaretur aliquid extrinſecũ,vt conditionem extitiſſe,melius(ni fallor)in alio extrinſeco explicaſſet;ſed contra teneo ex identitate rationis, & quia idem de ac-ceſſorio,quod de principali iudicandum eſt. Non obſtat. l. hoc iure, quam allegat, quia loquitur in conditione

pura,non in eo,quod ſtipulanti faciendum eſſet, aut alteri cum conditione extrinſeca.

39 Quarto ampl. vt procedat etiam in ſolutione facienda tertio ſi ad illius tertij vtilitatem,& negãtis pertineat.ſec. Cy.quem Bar.allegat,& ſequitur in d.l.in illa col.ij.

40 Hæc Sec.prin.limit.ſublimit.vt non procedat in eo,qui ſoluit tribus annis iux.l.quicunq;.C.de apoch.publi.& ſcripta per Alcia.2.reg.xxvj.præſump.nu.9.hoc eſt continuis, & in ſolutionibus faciendis perſonæ alicui publicæ, & (vt illa lex loquitur) vectigalia publica exigenti,non excludo tamen perſonas priuatarum ciuitatum ex rationis identitate,vt de his late per Crauettam conſ.ccxiij.per tot.lib.2. item non ſufficit trina ſolutio vel tribus vltimis ſemeſtribus facta,vt declarat Alex.conſi.cv.col.ij.li.3.licet ibi ſentiat illam legem procedere etiam in alijs perſonis, quàm in publicis. item non requiro, quòd vltimis tribus annis, quia.l. quicunq; hoc non dicit quicquid contra Crau. vbi ſupra, item limita illam legem vbicunque per anteceden tes annos ſolutiones diſgregatæ apparerent iux. not.per Bald.in l.ij.de non num.pe. & per Crauet.d. conſil.ccxiij. ſed contra teneo, quia. l. quicunque requirit manifeſtas probationes in contrarium, & hac ratione illud eiuſdem Crauet.reprob. quòd ex productione libri in quo ſolutiones deſcribi conſtituerunt,probatur non ſolutio.

41 Secundo ſublimit.vt nõ procedat ſecundum terminos. l.procula. ff. de probatio. hoc eſt interueniente temporis diuturnitate,facta ſæpius calculatione, & conſanguinitate iux.not.per omnes in d.l.procula.per gloſ.& Bart.in l.libertis quos.in prin. de alim. & cib.leg. & cõm. traditiones in l.quæ dotis.ff.ſolu.matrimon.Alex.conſi.xlvj.in fin.lib. j.conſi.lvj.in fin.libr.4. conſi.viij.lib.5. Rom.conſil.dxvij. Affli.Deciſ.xiij.nu.12.Iaſ. conſi. cclxiij.lib.2.Dec.conſi. lxxix.col.ij.conſi.cclxxvij. col. iij. in l. cum quid nu.53.ad fi.ff.ſi cer.pet.Alc.vbi de com.atteſtatur Reg.j. præſumpt. xxxij.Crauettam conſi.clix.col.ij.lib.j.Alc. tamen vbi ſupradixi,dicit non eſſe neceſſariam temporis diuturnitatẽ, quod in ea non ſe fundet tex. Sed nemini dubium eſſe puto verba hæc ex aduerſo allegabatur ꝙ nunquam à fratre

quandiu

quandiu vixit fideicõmiſſum deſideratũ eſt, importare tractum diuturnum.l.Ariſt.ff.qui, & à quibus.Secundo dicit cũ miniſterio calculationẽ ibi eſſe factã cum patre defuncto,quaſi cũ calculo mors quoq; neceſſaria ſit. Sed & hoc falſum eſt quippe cũ fratri fideicõmiſſum remiſſum tacite eſt tex.dicat,non hæredibus. Cæterũ verus intellectus eſt. ꝙ ibi calculus factus erat inter debitorem, & creditricem Proculam, & tamen ratio Proculæ ſoluebat rationi debitoris per tempus diuturnum ex quo neceſſe eſt dicere voluiſſe creditorem,remittere ius fideicõmiſſi, aliàs compenſaſſet arg. l. j. ff. de compenſ. accedente quod erat frater verba hæc ſunt ex aduerſo allegabatur nunquam à fratre quãdiu vixit deſideratum fideicommiſſum cum varijs ex cauſis ſæpe in rationem fratris pecuniam ratio Proculæ exſoluiſſet &c.ita vt non calculatio, ſed ſolutio habeatur in conſideratione.Quartum requiſitum eſt, vt procedat.l. Procula, quod tractetur de remiſſione modicæ quantitatis, ſiue de modico præiudicio, vt per alleg. per Alexan. in l.à titio verſ.quarto limit. de verbor. oblig. & per Dec. in d.l.cum quid nu.53.ff.ſi cert.petat.ſed hoc eſt contra.d. l.procula ibi magnæ quantitatis &c.

42 Tertio ſublimit. vt non procedat ſtante confeſſione creditoris,quod ſibi fuerit ſolutum ſecundum ſupra, & infra dicta.Item ſublimit.vbicunq; contra creditorem adſit præſumptio ſecundum ſupra allegata nu.4.

43 Quarto ſublimit.in Negante eſſe factum tertio cui fieri oportebat non ad vtilitatẽ ſuam allegantis ſec. Cyn.& Barto.in d.l.in illa.col.pen.ff.de verbor.oblig. & in Negatione ſolutæ gabellæ ſcribit Bald.in l. iuſtum. C. de eden. Thom.gramm.Dec.lix. nu.16. Crauet.conſi.cxxxviij.nu. 5.lib.j.ex quo negans filium non eſſe audiendũ in iudicio, quia à ſe veniam,cùm deberet non impetrauit,non aſtringitur ad probandum;ſed negans aliquem minorẽ hoc probare debet.De hac ſublimit.tamen ſemper dubitaui, quia lege non probatur,& eſt contra reg.noſtram,ſine ratione.

44 Tertio regula hæc noſtra limitatur, vt nõ procedat vbi negans pro ſua Negatione haberet aliquã præſumptionẽ. l.cũ pater.§.rogo ibi nõ offenderit.ff.de leg.j.l.quicunque.

C.de apochis publi.lib.10.Alex.conſi.cxc.col.vj.lib.6.cõ. ccxx.col.j.lib.eod.Alexand.conſi.xxiiij.in princip.libr.1. conſ.46.in fin.lib.4.conſ cxviij.col.pen.lib.1.conſ.89.in fi. conſi.xcij.in fin.libr.5.conſi.lxxiiij.lib.6.Idem in habente regulam,probabileue argumentum,aut ius commune dicerem per ea quæ dixi nu.5.à quo nõ recedit id, quòd ſcribit Dec. conſi.cccviij.nu.9.libr.2.hoc eſt quòd ciuitas negans ſe ſubiectam imperatori hoc probare debet.idem de bonis inter feudalia repertis Dec. conſ.dxvij.in fin.libr.4. faciunt not.per.c.ad decimas,ex de reſtit.ſpoliat.de cuius materia late per Io.ign.in l.neceſſarios.§. non alias.num. cccxj.ff. ad ſillan. & per Dec.conſ.clij.lib.1. & in negantibus etiam exemptis ſe ſubiectos legato de latere ſcribit. Pariſ.conſ.xxviij.col.tertia.lib.quarto.

45 Ex hoc infertur,quod dicens ſe delictum non commiſiſſe hoc probare nõ tenetur;præſumptio enim ſemper eſt quòd delictum commiſſum non fuerit.l.merito.ff.pro ſoc. Bart.l.non ſolũ.§.ſed vt probari.ff.de oper.nou.nunt.Ale. conſ.xxiiij.nu.23.lib.2.Iaſ.in l.rogaſti §.ſi tibi dedero nu. 6.ff.ſi cert.pet.& in l.non amplius.§.ſi certum de leg.i.Fel. c.fi.nu.12.ex.de præſcrip.Fely.c.1.nu.10. ex.de officio deleg.c.nonnulli.§.fin.nu.17.ex.eod.tit.Fely.ca. in pręſentia nu.13.ex.de probatio.Marſilius in l.1.nu.68.c.ad.l.Corn. de ſicar.Alciat.3.reg.præſumpt.j.

46 Hæc illatio ampliatur, vt procedat etiã ſi Reus aſſumpſiſſet in ſe onus probandi,ex hoc.n.priuilegium nõ amittit præſumptionis ſuæ,vt per Ioan.ign. in l.Neceſſarios.§. non alias nume.mihi.cxcix.ff.ad ſen.conſi.ſillan.& in ciuilibus ſcribit Crauet.conſ.cxcij.col.viij.libr.1.faciunt not. per Bar.in l.circa.ff.de probation.Decium, & poſteriores in l.qui accuſare. C. de edendo.In ciuilibus tamen, quod aſſumens in ſe onus probãdi amittat priuilegium nõ probandi ſcribit Paris.conſi.lxvj.col.j.libr.1.niſi hæc in actore,illa in Reo procedere dicamus.

47 Hæc illatio ita ampliata fallit in quibuſdam caſibus in quibus vel accuſatore nihil probante à Reo tamen exigitur probatio innocẽtiæ per modum purgationis, vel ſaltẽ per iuramentum vt in crimine læſæ maieſtatis,deſerti iuramenti,

ramẽti,& peculatus requiritur in l.ſi aliquis.C.ad leg.iul. maieſta.in l.fin.C.de abolition.in c.cum P ex.de accuſat. in aut.hoc nouo iure.C.de pœna iud.qui mal.iudi.in.l.pręſenti.§.ſicubi.C.de his qui ad eccleſi.in c.fin.ex.de iur.iur. in c.j.& in c.quoties,& per tot.ex de purgat.canon.& in c. tanta.co.tit.& per Ioann.Ign.d.§.non aliàs n.cxxxj. ff.ad ſillan.ex quibus limit.poteſt.l. qui accuſare cum ſimil.C. de edendo.

Sublimitatur hæc tertia principalis limit. vt procedat ita demum ſi negans pro ſe præſumptionem habens hanc præſumptionem allegauerit; præſumptio enim ut profit eſt alleganda.l. ſi adulteriũ cũ inceſtu.§. idem pollioni.ibi ſi error allegetur.ff.de adulterijs Bar.Alex.Iaſ. Dec.& poſteriores omnes,in l.cum quid.ff.ſi cert.pet.Bar. in l.rẽ co. iij.ff.de pignorat.act.Bar.in l.cum ſeruus.ff. de verbo.obl. Bal.in l.etiam col.ij.C.de execut.rei iudic.Alex. cõſi.137. col.2.lib.1.conſi.j.col.pen.lib.5.conſ.xxxv.col.pen.lib.eo. Barthol.veron.conſi.6. cum multis congeſtis per modernos in d.l.cum quid num.mihi.lxvj.Socyn.iun.conſ.7.nu. 9.lib.1.Hoc tamen fallit in ſummarijs, in quibus non requiritur allegatio præſumptionis, vt Declarat Decius in d.l.cum quid nu.25.ff.ſi cert.pet. Planè illud ſubnotandũ hic putaui.d.§.idem pollioni.non probare id,ad quod allegatur,quippe cum error, ideſt præſumptio erroris allegari ibi non poſſit,quia erant agnati,qui præſumuntur ſcire,& non errare circa ſuam agnationem.l.octaui.ff. vnde cognati. Et ſi error allegetur ibi exponendum ſit allegetur cum effectu, hoc eſt quod verè ſit error.

49 Secundo aduertendum eſt quòd id, quòd dicimus præſumptionem allegandam fallit, vbi ex tanto tempore præſumptio inducta eſſet cuius initij memoria non extaret, tunc.n.abſque eo,quòd aliter allegetur Negatiua præſumptio,obtineri poteſt,itaque in ſimili de titulo, & bonafide alleganda ſcribit Paris.conſ.cj.col.j.lib.1. vbi Iaſ.alleg.in l.ſi certis annis.x. limitat.C.de pact.in quo illud etiam aduertendum videtur,quia cum in tanta præſcriptione ſine vlla allegatione procedatur, ſi quis tamen titulum allegauerit hoc probare tenetur, aliàs ſuccumbit Paris.

conſil.cxiiij.colum.ij.lib.1.

50 Secundo ſublimit.vt non procedat vbi contra præſumptioné Negatiuæ,adeſſet alia præſumptio, quæ illã elideret, vt in incendio, ꝙ culpa inhabitantiũ commiſſum præſumitur,inſurgente alia præſumptione, ꝙ non,vt ſi aliunde ignis originem habuit;Bal.ſcribit in l.ſi creditor. C.de pign.actio.Alexan.conſ.74.col.fi.libr.6.& facit ratio,quia vna præſumptio aliam præſumptionem tollit data præſertim maioritate præſumptionis vulg.l.Diuus.ff.de in integ.reſtitut.l.cum de indebito. ff.de probat.c.in noſtra ex. de teſt.ca.tuam. ex.de ſponſalib.Abb.in c.cum inter num. 5.ex.de elect.ca.mulieri col.j.ex.de iureiuran.c.poſtulaſtis numer.13.ex.de conceſſ. preben.Alex.conſi.lxxxiij.col.ij. lib.iij.conſi.lxxxviij.colu.j.lib.vij.conſ.cxxiiij.col.ij.lib.6. Dec.conſ.cccclxx.col.ij.conſi.cccclxxix.col.1. conſ.dcxix. col.fi.Iaſ.in l.Titia.§.idem reſpondit col.j.de verb.oblig.in l.quod in rerum. §.ſi vſumfructum col.j.ff.de lega.j.in l.licet in prin.ff.eo.tit.Socyn.iun.conſi.xxxvj.col.ij.conſi.lxj. num.xlv.conſi.clviij.nu.xlvj.conſi.cxix.nume.x.libr.ij.Faciunt ea,quæ diximus ſupra.

51 Tertio ſublimit. vt non procedat in materia obiectiua in qua non ſufficit probare intentioné ſuam per præſumptiones,ſed requiritur plena probatio glo.in verbo formã. c.vt circa ex.de elect.in vj.cum allegatis per Paris.conſil. ciiij.col.j.lib.4.Idem dicemus in materia criminali ad condemnationem.Alexan.conſ.xv.col.iij.conſ.lxx.lib.1.Dec. conſi.lxxxix.col.j.conſ.dcv.col.j.& generaliter vbicunque non proceditur per præſumptiones.

52 Quarto ſublimit.vt non procedat vbicunq; prſumptio iſta ceſſaſſet;vt in Negatiua furoris,ſiquis qñque fuiſſet furioſus exemplificari poteſt, & contingatur dubitari an ſit furioſus;tunc enim nõ præſumitur ſanæ mentis, vt per Alex. in l.ſed ſi de ſua col.fin.in princ.ff.de acqu.hæred.cum alijs,quæ not.ſupra.De hoc tamen dubitari poteſt ex ſcriptis per Dec.conſ.ccccxlviij.col.ij.& iij.& quia alias dicere ſolemus,ꝙ vna quæq; res de facili reuertitur ad naturã ſuã.Hæc ſublimitatio;iterũ ſublimi.ex not.ſupra num.14.

53 Quinto ſublimi.vbi contra Negatiuæ præſumptionem

adeſſet

adeſſet diffamatio affirmatiuæ, tunc enim diffamatio eliſa præſumptione, facit ꝙ negans probare teneatur vt per Paris.& alleg.per eũ cõſi.xx.in fi.lib.3.& ſ.tetigimus n.15.
54 Quarto regula noſtra principaliter limi.vbicunq; negetur factum ab aduerſario aſſertum; non ex eo, quod facta non præſumantur,aut quod præſumatur non factum;quorum alterum eſt falſum;alterum nihil cõcludit; ſed ex eo, quod qui dicit factum id probare debet. l.ei qui cũ ſimil. ff.de probat.& ita intelligo not.per l.in bello.§.factæ (qui text.contrarium potius probat eius ad quod allegatur, dũ legem de facto ſe non intromittere ſentit.)ff.de capt.& poſtlim.reu.& ita intelligo not.per Bar.l.ſi pecuniã. 4.oppoſ.ff.ſi cert.pet.Abb.c.cum in iure col.j.ex.de offi.deleg. Iaſ.in lect.l.admonendi col.j.ff.de iureiur.& in Aut.ſacramenta puberum numer.lvj.C.ſi aduer. vendit.& per Dec. cõſ.cccxlij.col.iij.cõſ.dclij.col.ij.cõſ.dclxj.col.j.cõſi.672. col.j.Rip.c.cũ eccleſia nu.68.ex.de cauſ.poſſeſ.& propr.c. cũ m.n.43.ex.de conſti.Tiraq.in cõſt.poſſe.3.p.limit.7.nu. 8.Socy.iun.cõſ.lxxxviij.col.j.conſ.cj.col.iij.lib.2.conſi.14. col.ij.lib.iij.itaq; intelligo ꝙ not.gl.in l.omniũ in verbo cõprobatur.C.de teſta.& ſcripta per Crau.cõſ.cxcvij.col.fin. lib.j.hoc eſt ꝙ negans aliud teſtamentũ eſſe factũ hoc probare non tenetur & no.per Paris.conſ.lxxxvj.in prin.libr. j.hoc eſt,ꝙ negans cõionem eſſe factã hoc probare non tenetur, & ita ꝙ negans Notario factã commiſſionem licet notarius hoc aſſerat, probare non teneatur Deci.poſt alios, quos alle.conſ.clix.nu.vi.& ꝙ negans ſe in iudicio cõparuiſſe, ne ſententia lata ſuper actione perſonali contra tertium poſſeſſorem contra ſe mandetur executioni probare non debeat Dec.ſcribit conſ.clxxxvij.lib.j.
55 Hæc limit.maxime procedit, vbi negetur tale quid factum, quod fieri difficile fuit, vt in negante comitem habuiſſe legitimandi poteſtatem,quod à facto principis hoc pendeat not.in c.porro. ex.de priuileg.Caſtren.conſi.clxj. libr.j.Socyn.conſ.lxiij.col.j.lib.3.Dec.conſ.cclxxxviij.col. pen.Paris.conſ.ij.col.ij.conſi.xiiij.in fi.lib.2.adeo quidem vt ſi notarius atteſtatur ſe vidiſſe priuilegium comitis, et ſi tenor priuilegij in inſtrumento legitimationis fuerit

inſertus,

inſertus,ita negans non propterea grauetur onere proban di negatiuam Paris. conſ.iij.col.j.conſ.iiij.col.ij.lib.ij.

56 Ampliat.hæc limit.vt procedat etiam ſi factum in inſtrumento fuiſſet aſſertum à Notario,ét ſi actus tunc tempori interuenire potuiſſet; quia de hoc facto fieri debet inſtrumentum ſeparatum ſec.Caſtrenſ.conſ.xxxviij.libr. 2.Alex.conſ.xvij.col.ij.lib.4.Iaſo.l.ſciendum col.iiij.ff.de verb.oblig.Tho Ferrat. Caut.lx.Notario enim non creditur niſi eatenus quatenus ſit rogatus Alex.conſi.xlij.in fi. lib.4.à quo non recedit, q. ſi inter perſonas prohibitas donare de præcedentibus meritis aſſeratur in inſtrumento, inſtrumento non creditur iux.not.per Bart.in l.ſi forte. ff. de caſtr.pecul.Dec.in l.ſi donationem . C.de collat.Alex. conſ.xliij.col.ij.lib.3.Decium conſi.ccclxvj.col.fi.Crauet. conſ.71.in fi.cōſ.93.col.j.conſ.clxxv.lib.1.cum ſimil.& verbis enuntiatiuis inſtrumēti eatenus inter partes creditur, quatenus aliàs actus nō valeret iux.l.optimā.C.de cōtrah. & commit.ſtipu.Dec.ccciiij.col.fi.& conſ.ccclj.cum ſimil.

57 Ex hac limit.infertur,Ro. Dec.& ſequētes non bene ſenſiſſe in l.ſi emancipati. C.de collat.petentem collationem ex eo, quòd teſtamentum factum non ſit,hanc negatiuam probare teneri affirmantes,hic enim negatur factum aut aſſertum aut aſſerendum ab aduerſario, quare ex prædicta limit.id probandum non eſt.Non obſtat.l.ſi emancipati,quia aliquod verbum,vt vel eſt,vel reliquit,vel reperitur ſupplendum eſt, vt iuſta latinitas ſeruetur arg.l.Plautius. ff.de aur.& arg.legat.

58 Secundo infertur quòd negans mādatum interueniſſe vel decurcis centū annis hoc probare non tenetur ſec.Bal. in l.ij.C.ſi ex falſis inſtrum. Fely.c.ſicut col.18.ex de re iudic. Iaſ.in l.ſciendum col.vij.de verb.oblig.Decius conſil. xxxvj.col.ij.conſi.cxxv.col.j.conſi.cccexxxvij.colu.j.conſi. dclxxij.col.j.Paris.conſi.ij.col.ij.lib.2.& eſſe com.opin.teſtatur Socy.iun.conſi.lvj.col.j.libr.1.niſi ex coniecturis aliud dicendum eſſet.Rip.c.1.nu.90.ex.de iudicijs,& ſentit Socyn.iun.conſ.cxxxix.col.pen.lib.3.& ita in contrarium ſcribentes intelligantur.

59 Sublimit.hæc quarta prin.limit.vt procedat ſecundum

terminos

terminos ſuos hoc eſt, ſi quis neget factũ aſſertũ, aut aſſerẽdum ab aduerſario, ſecus ſi in facto Negatiuo fundet intẽtionem ſuam, & affirmatiuum factum non eſt de neceſſitate affirmandum, aut probandum itaq; procedant ea, quæ diximus ſupra nu. 53. ſublimit. etiã poſſet multis modis ex not. per omnes in l. ſciendum. ff. de verb. obligat. & ex not. per Rip. in c. cum m. num. xliij. ex. de conſtit. & in cap. cum eccleſia nu. 68. ex. de cauſ. poſſeſ. & propriet. Sed quia latius inſtandum eſſet, id prætermitto.

60 Quinto regula noſtra, principalis limit. vt non procedat in Negatiua Notorij, quòd. n. Notorium eſt probandũ non eſt glo. in l. ciues. C. de appellat. in clem. appellanti ex. de appel. Bart. in l. j. C. qui & aduerſ. quos Bart. in l. emptorem. ff. de act. empt. Alex. conſi. lxvij. libr. 7. Iaſ. in l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate col. fi. ff. qui ſatiſd. cogant. Fely. c. 2. nu. 9. ex. vt lit. non conteſt. Rip. Rub. de conſtitu. col. iij. Socy. iun. conſ. xxxiiij. nu. 14. lib. j. & in Notorijs iudex ex officio ſe poteſt informare Bald. in l. j. C. vt quæ deſunt aduoc. Bar. in l. teſtium. C. de teſtibus Alex. cõſi. xiiij. in prin. lib. 5. Aret. conſ. cxxvij. col. ij. Alex. conſi. j. col. fi. lib. 6. Soc. iun. conſ. lxv. col. fin. libr. j. Crauetta late ſcribit conſ. ciiij. col. antepe. libr. j. & in notorijs licet ſecus ſit in manifeſtis ordo eſt, ordinem non ſeruare Abb. c. qm̃ ex. filijs præsbit. & in c. olim col. j. vbi declarat hoc eſſe verum quando certum eſt eſſe Notorium, ex. de iniurijs. Et adeò priuilegiatum eſt Notorium, vt licet aliàs ex. ca. cùm ſecundum &c. ex. de hæreti. vbi locũ habet pœna ipſo iure ibi requiratur declaratio, hoc tamen non procedit in crimine Notorio. Abb. declarat. in c. cum non ab homine col. ij. ex. de iudic. in c. peruenit. i. ex. de iudic. & ſcribit Fran. Rip. in ca. 1. nu. 25. ex. de iudicijs. & ita in crimine coram iudice commiſſo Paris. conſ. cxlvij. colu. j. libr. 4. & ita in Negatiua, quem non eſſe ſoluendo Notoria, vt non ſit probanda ſcribentes ponunt in l. Decem. ff. de verbor. obliga. in l. fi. ff. ſi cert. pet. Alex conſ. xxxj. lib. iiij. & conſi. l. col. ij. lib. 5. Paris. cõſ. lxxx. col. pen. lib. 1. conſ. cix. col. fi. libr. 3. Iaſ. poſt alios ſcribentes in l. ſi conſtante nume. cxx. ff. ſol. matr. Paris. conſi. 50. col. antepen. lib. 1. Marſ. in Rub. de fideiuſſ. nume. 10. in

Rub.de proba.nu. 163 in pract.criminali. ver.aggredior. nu.cxxv. & per ſcrib. in.§. item ſi quis in l.de act. & ita in Negante ſe potuiſſe proſequi appellationem ex cauſa iudicis apparente hac negatiua ex actis,qui notoriũ faciunt Dec.ſcribit conſ.356. col.fin.lib.3. & ante eum Paul. Caſtrenſ.conſ.cclxxx8. viſis his col. pen.

61 Sublimi.hæc limit.vt procedat quoad probationem,cæterum quoad allegationem & propoſitionem notorium non eſt priuilegiatum;etenim neceſſe eſt Notoriũ allegare & proponere gloſ.in clemen. appellanti in verbo iudicis.de appellat.ponit Abb.c.vt debitus col.i.ex. de appellation.Fely.ca.afferte nu.8. vbi limit.non procedere in ijs, quæ notoria ſunt ex actis ex . de præſump.Iaſ.in l.ſi vnus. §.pactus ne peteret num.25.ff.de pact. & in l.vero §.qui ꝑ rei qualitate nu.12.ff.qui ſatiſd. cogant. quicquid contra ſenſerit Socy.iun. in conſi.lxv.col.pen. lib. 1.licet.n.iudex ex officio poſſit ſe ſuper Notorio informare, tamen ſi Notorium fuerit allegatum intelligitur.Quod procedere puto tâm quoad proceſſum,quàm quoad merita cauſæ,vt iudex de Notorio ſe poſſit informare,quicquid Decius contra dixerit conſ.cccclxxxiij.col.fin.lib.4.

62 Secundo ſublimit. vt procedat ſi conſtat eſſe Notoriũ, & parte citatâ fuerit declaratum eſſe notorium. Abb.c.cõ ſoluit.i.col.i.ex de appellat.Alex. conſ.cix.libr.4. Iaſ.in l. ſtipulatio iſta col.pen.ff.de oper. nunt. Decius conſ.483. col.fi.Niſi factum Notoriumue ſit omnino Notorium,ita vt non dubitetur de eo, tunc enim declaratio non requiritur ſec.Decium in l.fin.nu.16.ff.ſi cert.pet.quod ex eo inter cætera dignoſci poteſt vt videamus an ſit notorium facti permanentis, an tranſeũtis vt declarat Franc. Ripa in l.is cui.nu.26.ff.de verb.obli.item niſi Notorium extrinſecum hoc eſt non ex actis apparens, ſed aliunde proponatur,tunc enim declaratoria non exigitur, Paris. conſi.50. col.antepe.lib.1.Sed hoc eſt contra mentem omnium ſcribentiũ, & contrarium totũ dicendũ eſſet & contrarium late ſcribit Fely.c.afferte nu.8.ex.de præſum.& mihi placet.

63 Circa hæc illud non prætermitto, quòd Iaſ.in l.ſi conſtante nu.mihi. 121.ff.ſol.matr. quem ſequitur Socy.iun.

conſi.

conſ.cxxx.col.fin.lib.3.Dicant Notoriũ non cadere ſuper facto Negatiuo; ſed hoc eſt falſum, & in facto negatiuo permanente neminem ſenſatum aliter dicturum puto & generaliter contra aliter tenentes eſſe com.opi. teſtatur Paris.conſ.50.col.antepen.lib.j.

64 Secundo aduertendũ puto quod vbicunque in facto notorio declaratio non exigitur ibi tamen requiritur aſſignatio termini parti ad faciendas ſuas defenſiones ſec.Gemi.alleg.per Felyn.in d.c. cum nõ ab homine col.5.& per Socyn.iun.d.conſ.cxxx.col.fin.lib.3.facit.l.iij.§.item ſi ad diem.ff.de re milit.

65 Sexto principaliter regula noſtra limit. vt non procedat in Negatiua iuris id eſt hoc Lex non dicit, quia quod lex non dicit nec nos dicere debemus vulg.l.illam cũ ibi late ſcriptis per Iaſ.C.de collat.§. conſideremus in aut.de hæredib.& falcid.Bonus tex.in l.præuaricatoris.§.fin.ff.de præuaric.§.optimam in Aut.de non elig.ſec.nub.c.illa ex. ne ſed.vac.itaque argum.Old. conſil.ccij. quidam monachus,& ad hoc multa congerit Crauetta.conſi.90.col.j.li.1.Et Bal.conſi. clxxxiiij.col.j.lib.5. dicebat quòd negatiuam affirmatiuamue legem allegans eam probare tenetur,& ſcribit Crauetta conſ.cxciiij.col.i.lib.1. & in negante irregularitatem Paris.conſi.xcvj.col.i.lib.4.

66 Sublimit.hæc limit.vt procedat in reo,nõ fundata actoris intentione, item in proponente poſitionem concluſionesue,non diſſimili à reo,& dicente non haberi legẽ,quæ aliter dicat, itaque omnes leges, quæ ad hoc allegantur conſiderari poſſunt.Secus in reo fundata actoris intẽtione,aut actore impugnante propoſitionem; quia cum hæc negatiua ſit fundamentum ſuæ intentionis hoc probare debet vt declarauimus ſupra nu.2. nec ad impugnandum ſufficit hoc dicere,& hoc mihi videntur ſenſiſſe illi de quibus d.n.& not.Alex.conſ.xvij.in prin.lib.1.Plane quomodo probetur hæc negatiua tãgemus infra. Secundo ſublimitatur in negante eſſe permiſſum cõtra not.in l.nec nõ. ff.de minoribus,& in l.ab ea parte.ff.de probat.Hæc ſublimit.ſublimitatur in negante iure permiſſum ea, quæ ſunt de genere prohibitorũ,vt per Abb.c.2.col.fin. ex.de trãsl. epiſcop.

epiſcop.cum ijs,de quibus ſupra diximus.

67 Tertio ſublimit. hæc ſexta principalis limit.vbicunque quis neget ſe comprehenſum iure communi, pręſumptionibus, regulis, aut probabilibus argumentis, aut generi, exemplum in l.Doctitij.C.de decurion.lib.x.& in ca.cum vigeſimum ex.de offic.de legat.& ſcribit Ioan.Igneus in l. neceſſarios.§.non alias nume.mihi.cvij.ex.de offi.deleg.& ſupra cumulauimus nu.5.

68 Quarto ſublimit.in negante iure,ſiue ſecundum legem factum iux.not.in l.ſciendum ff.de verb.oblig.& eſt tex.in l.ab ea parte. ff.de probat.de cuius intellectu infinita Ioann.Ign.d.§.non alias nu.mihi.cxx.ff.ad ſillanian.

69 Quinto ſublimit.in negante iure, conſuetudinario aliquid obſeruari, niſi conſuetudines in libris deſcriptæ reperirētur tunc.n.procederet limitatio noſtra principalis, vt ſupra declarata, vt in libris feudorum videmus, itaq; ſcribit Ioann.Igneus in d.§.non alias nu.mihi.cij.

70 Septimo principaliter regula noſtra limit.vt non procedat vbi actor nihil probaſſet, tunc.n.reus negans negatiuam ſuam probare non tenetur.l.qui accuſare vbi omnes. C.de edendo. c.fi.ex.de iureiuran.c.dilectos in fi.ex.de fid. inſtru.c.1.vbi Abb.not.ex.vt eccleſiaſtic.benefic.Abb.ca. mulieri col.j.ex.de iureiuran.c.per tuas col.j.ex.de appel. Alex.conſi.cxxxii.col.j.lib.5.conſi.cxvij.in prin.lib.7.cōſ. clxxxiij.in prin.libr.eod.Decius conſi.ccxliiij.col.j.conſi. ccccxxx.col.i.conſi.dcxv.col.i.conſil.dcxxxii. col.ii.Paris. conſ.clxiiii.col.i.lib.4. Socy.iun.conſ.lxv.col.i.lib.i.conſil. xlvij.col.ii.conſ.lxxxviii.col.i.conſ.cxiii.col.i.lib.3.

71 Ampliat.etiam ſi actor aliquid probaſſet minus, tamen quā ſemiplene, quia paria ſunt aliquid facere imperfecte, & nō facere.l.ſi is qui.ff.de teſt.l.quoties. ff.qui ſatiſd.cog. Paris.conſ.83.col.i.lib.i.conſ.ciiii.in prin.lib.eo.ſicut contra reo non ſufficit etiam ſemiplene exceptionē ſuā probare actore perfecte intentionem ſuam probante Alex. conſ.cxxxiiii.in fi.lib.2.& conſi.clxxiiii.in fi.lib.6.

72 Secundo ampl.vt procedat etiam ſi actor plene intentionem ſuam probaſſet,ſed non ex cauſa,ex qua agebat.l. qui habebat.ff.de inſti.c.abbate ex.de re iud.Cro.cōſi.99.

in fin.lib.3.Crauet.conſi.ccx. col. pen. lib.2.vbi hoc limit. non procedere vbi cognoſcitur de æquitate.

249 Hic tñ aduertendum eſt, ꝙ hæc probatio ſit per prçſũptionem, ſiue coniecturas, non per veram certitudinẽ; itaque in teſte deponente, quia ſum vicinus ſcribitur comm. per Doct. in d. l. j. ſi cert. peta. ex quo infertur quod nemo ex hac probatione de capitari põt vt per Dec. in d. l. j. nu. 61. & lxii. & Mod. Bon. nu. 35. quod ſublimi. nõ procedere in iis in quibus per coniecturas procedi poteſt iux. not. per Salyc. in l. fi. C. de accu. & not. per l. conſenſu. C. de repud. Secũdo infertur, quod ſentẽtia lata ex hac probatio-

ne,vt ex reliquis præſumptiuis nunquam tranſibit in rem iudicatam iux. not.per Inn.in c.tua nos.ex.de cohabit. cleri.& mul.& Dec.d.l.j.nu. 64.

250 Vigeſimus ſextus modus probãdi negatiuam eſt in probando non diligentiam,ſiue negligẽtiam,de quo per Bart. in cõſ.110.chariſſime,vbi apoſ.not. & quædam per Orian. in c.quoniã contra nu.178.& ſeq.ex.de probat. & vbi quis non facit id,quod facere debet dicitur negligens, cũ illud facere poſſit Gozadin.conſi.xxxviij.nu.11. Ruyn.conſ.12. lib.5.Aymo conſi.cxxxij.nu.4.lib.1.vbi ex ſola inrerpellatione,quem conſtitui in negligentia affirmauit cui conſentit cõm.opin.in l.quod te.ff.ſi cert. pet.& per lapſum diei appoſiti in contractu, quem dici negligentem conſil.Dec. conſi.cli.nu.2.libr.1.conſil.452.libr.4. vbi Matheſ.not.50. allegat quod ſoluens partem pretij intra diem,reliqua parte non ſoluta emptione vti nequit, & ſi quis non facit ea, quæ communiter fieri ſolent ab ijs, qui ſunt eiuſdem conditionis,& profeſſionis dicitur negligens iux.not. per Bar. in l.quod nerua.ff. depoſ.item ſi quis rei alienæ non adhibet eam diligentiam, quam rebus ſuis ſolet adhibere dicitur negligens,quinimmo in dolo præſumpto vt per Paris. conſi.74.per tot.libr.1.& per Alexan.conſi.xlvij.col.3.lib. 1.& ſi tutor,curatorue à debitoribus pecuniam non exegerit dicitur in negligentia Dec.conſi. cclxxiiij.nu.16.in fin. libr.2.item ſi pecuniam ſuam bene locet, & ſint prædia venalia,& ſi non facit id, quod verus paterfamilias feciſſet, & pecunia pupillaris ſit otioſa Dec.conſil.ccccxxx.conſil. dlxij.col.iij.conſi.dcxxxij.in prin.lib.5. Bart.in l.tutor qui repertorium.& in l.tutor.ſec.dignitatem.ff.de admi.tut.& ſi quis non adhibuit procuratorem medicum cum facile ei eſſet hoc facere dicitur negligens Bartol. in l.ſi ab hoſtibus.§.ſi vir vxorem.ff.ſolu.matri.ad hæc fac. not.per Fely. in c.ſinautem col.3.ex.de reſcrip. & negligens in proſequẽdo appellatione dicitur ille, qui cum videret impedimentum de eo proteſtatus non fuerit ſec.gloſ.in verbo.propoſitum vbi Io.de Imol.in capit.cupientes.§.quod ſi per.xx.de elect.libr.6.glo. in verbo negligentia.c.ple. ext.de reſcrip. Bald.in l.properandum.§.ſinautem vtraque vbi Alexan.&

Iaſ.

Iaſ.C.de iudic.Imol.in l.in prouinciali.§.ſi.ff. de oper.nou. nunt.Alexand.conſi.clxiiij.col.3.lib.2.conſi.40.nu.5.conſ. cxiiij.col.3.lib.5.conſi.79.lib.7.ſentit Dec. conſi.dclxxvij. & Socyn.iun.conſi.117.col.j.lib.2. Contrariam tamen ſen tentiam tenuit Bar.in l.ij.§.dies.ff.quand.appell.ſit. Bal.in add.ad ſpec.in tit.de appell.verſi.itē fallunt Caſtrenſ.cōſi. ccxxj.in cauſa deſertionis Abb.c.ex tranſmiſſa.ext.de præ ſcript.& in d.ca.plerunque Iaſ.in d.§.ſinautem vtraque, & in l.2.§.Dies col.fin.ff.qui ſatiſd.cog.Dec.in cap.fin.ext.de appel.in l.in omnibus cauſis de reg.iu. conſil.456. afflict. Dec.50.Rip.in tract.de peſte fol.48.Socyn.iun. conſi.132. col.1.lib.2.conſ.ciiij.colum.fin.lib.3.Et quoad reum conſtitui quem in negligentia ſine alia monitione ſi non facit id,quòd facere debet.Felyn.in c.ſinautem.verſi. negligentia ext.de reſcript. & in dubio præſumi negligentiam vbi quis non facit actum debito tempore Felyn.in ca.paſtoralis ex.de except.& ad ibi dicta me remitto.Plane vbi facto negatiuo pœna imponatur, non aliter negligentia committitur, quam monitione præmiſſa Alex.in l.ita ſtipulatus in prin.quem refert,& vt communiter approbatum ſequitur Decius conſi.xxxvij.nu.9.libr.1.Niſi negligentia eſſet notoria,item niſi in prælato, qui cùm primum facere potuit,& non fecit dicitur negligens, item niſi pœna non imponeretur vt per Dec.conſi.151.nu.16.lib.1. Negligentia tamen vnius alteri non nocet Dec. conſi.534. col.fin. lib.4.Abb.conſ.xxxiiij.col.2.lib.1.Et adeo eſt verum,quòd ex curſu diei intra quem aliquid fieri oportebat quis conſtituatur in negligentia, vt in notoria negligentia eſſe dicatur,& ita ex curſu biennis ad proſequendam appellationem conſtituti.

251 Vigeſimus ſeptimus modus probādi negatiuam eſt per clauſulam item fuit,& eſt abſq; eo, quòd tale quid factum ſit &c.Per quem communis vſus cauſidicorum putat ſe nō teneri negatiuā probare, aut ſaltem periculum probandi negatiuam euitare.Sed iſte modus cōm.reprobatur, & ita hunc modum reprobauit Bal.in c.vltra tertium in peri.co. ex.de teſtibus Felyn.in c.licet,& in c.tertio loco,remiſſiue. ex.de proba.Cur.in tract.de poſit.nu.31.Not.apoſt.ad Lā-

franc.in d.c.quoniam in verbo reſponſiones num. 12. Ripa in c.cum eccleſia ſutrina num.76.ex de cauſ.poſſeſ.& propriet.& facit,quia ad cognoſcendum negatiuam non inſpicimus verba,ſed effectum ſec.Bal.in l.cum te minorem.C. de proba.refert,& ſequitur Alex.ad Bar.in l.2.§. quod obſeruari.C. de iur.calum.

252 Vigeſimus octauus modus probandi negatiuam eſt in ijs rebus,quæ conſiſtunt in quantitate,vel numero per poſitionem quantitatis numeri,quotæue, dicendo,quod plus in bonis non habet;vt ſi velim te probare centum in bonis non habere probando, quod.x.in bonis habes & non plus, hoc eſt dictum gloſ.in l.cũ de lege.ff.de probat. quã ſequitur Alex.conſi.35.col.j.lib.4. conſ.lv.col.fin.lib.1.Bar.Bal. &c.in l.fin.§.licentia.C.de iu.delib. Ang.in l.qui mutũ.§.j. ff.de acqui.hæred.Bar.in l.conficiũtur.§.codicillis.ff.de iu. codicill.Rom.conſ.276.in fin.Pau.Caſtren.conſ.cxij.lib.j. Guido Pap.Dec.cxlij.Iaſ.conſi.34.libr.1.& eſſe communiter approbatam ſcribit Curt.ſenior conſ.27.col.8.verſ.ſed contra Doct.in l.ſi conſtante ſolut.matrim.Fran.Rip.in d. c.cum eccleſia nu.84.& de ea gl.poſt Alex.ſcribunt recentiores repetentes in rubr.de op. nou. nunt.Iaſ. in §.item ſi quis in fraudem.inſti.de act.Alcia.3.reg.præſ.28. Cur.iun. conſ.cl.col.v.Gozadin.cõſ.94.col.7.& ad eam quædam cõgerit Crauet.cõſ.ccxviij.col.j.libr.2.itaque quis probando ſe in tali gradu probat alios non proximiores Dec.conſil. 322.col.fin. & conſ.234.lib.2.

253 Hic aduertendum eſt,quod ad hoc vt teſtes deponentes de x.probent,quod centum non habet neceſſe eſt,quod dicat habet x.in bonis,& non plus,aliàs de non pluri nõ probarent vt per Alex. conſil.64.col.2. lib.2.à quo non recedunt not.per Bar.in l.cum furti.ff.de in lit.iu.& facit quod teſtes deponentes de x.& teſtes deponentes de xx.non ſunt contrarij ſpec.in tit.de teſti.§ ſed pone Alexand. conſi.64. col.2.conſ.215.col.j.libr.2.vbi alleg.not.per Bart.in l.ſi cũ dotem in prin.ff.re amot.& in l.ſi quidẽ.C.de except. quicquid contra ſcribat Alciat.in l.j.§.ſi ſtipulanti. nu.45.ff.de verb.oblig.pro quo facit, quod licet teſtis deponat quod valet tantum, & plus tamen hæc dictio plus in teſte nihil

operatur

operatur vt per Alexan.conſi.109.in fin.lib.4. Iaſ.in d.l.cũ furti Bal.in cap.cum cauſam ex.de teſtib.Saly.in l.2. C.de reſcind.vendit.Alex.in l.& ſi poſt tres colum.2.vbi Iaſ.ff.ſi quis caut.

254 Secundo aduertendum eſt, quòd duobus teſtibus deponentibus de valore x.Duobus de valore xx.magis credi tur deponentibus de xx.quia deponentes de. 10. negatiuã aſtruunt,& ita ſcribit Alexand.conſil.xxxiiij.colum.ſecun da libr.6.& quædam ſcribit Alciat.in d.§.ſi ſtipulanti num. 40.quod non ſequor quia teſtes iſti ſuper valore depoſitu ri deponunt vt periti; peritis verò æque creditur ſuper affirmatiua,ac ſuper negatiua vt prædiximus. inde vt deponens de valore x.ſec.Alex.negaret quòd non plus.ita & deponens de.xx. reſpectu. 30.

255 Tertio aduertendum eſt, quòd Iaſ.in d.l fin.§.licentia. dixit d. gloſ.procedere vbicunque adſit pro ea aliqua præſumptio,vt confecto inuentario.Alciat.d.3.reg.xx.præſ.di xit hoc non eſſe verum, quia vbi eſt præſumptio ibi transfertur onus probandi in aduerſarium ex præſumptione quare pocedere dixit vbi adeſt minus quam præſumptio ſed exemplificat. Equidem credo illam glo.non loqui de inuentario, quia de eo mentionem non facit. item relata ad l.quam interpretatur iure.ff.apparet inuentarium non repertum.Plane eam gloſſam habere ſecum præſumptionem hoc modo, quia diuitiæ non inſunt à natura, ex quo negans hoc probare non tenetur, ideoque ſi dicat habet. x.in bonis, præſumitur, quòd non habeat plus,hoc fallit vbi quis quandoque bona habuiſſet; quia adhuc præſumi tur habere iuxt. not. in l.ſiue poſſidetis. C.de re.vendic.& tunc neceſſe eſt, quòd dicant x.& non plus & cauſam idoneam reddant. Quarto aduertendum eſt,quòd illa gloſſ. procedit eſt communiter approbata circa hunc modum ſiue pro ea ſtet præſumptio,ſiue non ſiue factum ſit inuentarium ſiue non,vt per Curt.d.conſi.xxvij.refert & ſequitur Fran.Rip.in d.cap. cum eccleſia nume. lxxxiij.extr.de cauſ.poſſ.& propr.

256 Vigeſimus nonus modus probandi negatiuam eſt ſuperiori quidem proximus per productionẽ inuentarij legiti-

me confecti, namque ſi hæres illud producat & nihil plus eſſe in bonis aſſerat ei creditur vt eſt commun.opin.in l. fina.§.licentia. C.de iur.delib.& in aut.ſed cum teſtator. C.ad.l.falcid.in l.ſi conſtante ſolut.matrimo.ſcribitur per Alciat.iij.præſumpt.xx. Alexan.conſi.lxx.in fi.lib.4.conſi. xlj.in fin.libr.3.conſil.lxxvij.col.fin.libr.4.conſi.xvj.in fin. lib.v.Curt.Sen.d.conſi.xxvij.Gozadin.conſi.xciij.col.vij. Crauetta conſil.ccxxvi.col.fin.libr.2.cum enim inuentarium ſolemniter fiat præſumitur pro huiuſmodi actu arg. not.per.l.tranſactionis.C.de tranſact.& not.in l.ſciendum ff.de verb.oblig.

257 Hunc modum limit.non ſeruata forma Aut.ſed cum teſtator. C.ad leg.falcid.etenim non ſeruata forma actus corruxit iuxt.vulg.l.cum hi.§.prætor.ff.de tranſ.& not.per Decium conſil.dxxxij.num.5.lib.quarto.& probatur in d. aut.ſed cum teſtator.verſi.quo verò non ſeruato, & ſentit Crau.d.conſi.ccxxv.col.j.& fi.lib.2.

258 Secundo limit.vt non procedat vbicunque omiſſa fuiſſet dolo,& fraude, aliqua res in inuentario ſecundum opi. quam poſuimus ſupra. Quòd ſi non dolo aut fraude, vel ſumus in dubio ad ibi dicta me remitto.Hanc limit. ſublimit. vt non procedat vbicunque in inuentario appoſita fuiſſet clauſula, quòd ſi aliqua res ad manus ſuas peruenniet hæres eam apponet in inuentario ſec. not. per Bald. in d.aut.ſed cum teſtator Paul.Caſtrenſ.in l.fin.§.cum igitur.C.de iur.delib.& per Dec.conſ.dcxxxiij. col.fin. lib.5.

259 Tertio limit.hunc,vt non procedat, vbi non allegatum præſumptio,quæ eſt pro inuentario iuxt.vulg. not. per.l.ſi adulterium cum inceſtu.§. idem pollioni. ff. de adulter. & in l.cum quid.ff.ſi cert.pet.

260 Trigeſimus modus probandi negatiuam,& vulgaris,eſt per coarctationem loci,& temporis ſec.gloſ.cõm. approb. in l.optimam.C.de contrah.& committ. ſtipul. gloſ. in §. ſi vero abſunt in Aut.de hæred.& falcid. & gloſ. in l. pantonius.§.rei perduellionis.ff.de acquir.hæredit.Bald.in l.j. C.de ſec.tab.Doct.in d.l.in illa.ff.de verbor. obligat. in c. quoniam contra ex.de probat.in capit. cum eccleſ.ext. de cauſ.poſſeſ.& propriet. & in c. bonæ.i.ex.de elect.Butrig.

& Bal.

& Bal.in l.actor.C.de probat. Doct. in c.tertio loco.ex.de proba.in c.ſuper his.ex.de accuſat.Florian.in l.ij.ff. de probat.Dec.conſi.ccccxxiiij.lib.3.Socyn.iun.conſi.xij. nu.22. libr.2.cum ſimilibus, & eſt ratio, quia vbicunque negatiua ſit coarctata æquè cadit in ſenſum teſtis; ac affirmatiua Bald.in l.actor col.j.C.de probat. Bart. in l.errores. C. de err.aduoc.& ſcribit Ioann.Ign.in d. §. non alias nume. 155.ad Sillan.

261 Circa hanc modum aduertendum eſt; quia neceſſe eſt quod teſtes coarctent non ſolum locum, & tempus; ſed & totum locum, & tempus vt in ſimili probat tex. in §. item verborum in verbo toto ipſo die.inſtit.de verbor.obligat. & ita dicentem Ticium non interfuiſſe Rixæ non probata niſi dicat ſe toti Rixæ interfuiſſe Aymo ſcribit conſi. ij. in prin. lib. 1. ita teſtes dicentes aliquid non factum in inſtrumento debent dicere non factum in toto inſtrumento Bal.conſ.xxj.col.ij.lib.4.Alex.conſ.xliiij.col.iij.lib.3.ſic teſtes dicẽtes ticium fuiſſe ſecum tali hora vel circa,qua delictum commiſſum fuit non probare Aegid.Boſſ. in pract. crimi.in tit.de defenſ.reo.nu. 27. quod ego ampliarem vt procederet quoad identitatem etiam perſonarum, itẽ locorum,& temporum,nec enim ſufficit probare ticium,tali loco,tali tempore hoc non feciſſe, niſi de identitate perſonæ, loci, & temporis probetur vt in affirmatiua ſcribit Alex.conſ.lxxij.col.pen.lib.3.à quo non recedunt not. per Dec.conſi. cj. quòd non ſufficit teſtes dicere ſe non adhibitos in inſtrumento, ſiue non interfuiſſe ſed neceſſe eſt, quod ipſi dicant, & probetur eſſe illos eoſdem & dicemus infrà item adeò totum & tempus, & locum coarctari neceſſe eſſe requirem vt ſi modicum momentum prætermittentur,quo fieri potuiſſet, quin videretur ibi negatiua ita coarctata non probaretur ex ſcriptis per Paris.conſ.clxij. col.pen.lib.4.conſi.xiij.in fin.lib.3.& conſi.xiiij.in fin.libr. eo.& per Alex.conſi.xxiij.col.j.lib.2.

262 Secundo aduertendum eſt, quod vno caſu ſingu.teſtes ita deponentes ſuper negatiua etiam coarctata non probant hoc eſt quando ipſi aliàs non idonei ſed idonei reddẽdi propter difficultatem probationis, vt caſum difficilis

probationis

probationis faciant dicunt alios teſtes ibi non fuiſſe; tunc enim non probant vt per Alex.poſt alios,quos alleg.conſ. lxiiij.colum.fi.lib.primo.

263 Tertio aduertendum eſt quòd ex diuerſitate factorum quandoque erit coarctatio facienda de loco, & tempore ſimul quandoque de loco tantum, quandoque de tempore citra quæ arbitrium iudicis reſeruo iuxt.not.per l.j.ff. de iur.delib.

264 Quarto aduertendum eſt, quòd hoc modo negatiua probata dicitur probari directó vt per Bartol.in l.errores. C.de error.aduoc.Bald.in l.actor. nu.3.C.de probat.Ang. in l.j.vbi add.ad Barto.C.de Canon.frum.vrb.rom.Franc. Rip.in c.cum eccleſia ſutrina num.lxxxvj.ex.de cauſ.poſſ. & propr. Equidem ſic diſtinguerem aut coarctatio facit, q. per nullum medium negatiua probetur, & tunc directò fiat probatio, aut per mediũ & tunc non fiat directò; directo enim dicitur fieri id, quod fit nullo medió interueniẽte vt per Bar.& poſter.in l.centurio col.pen.ff.de vulg.

265 Quinto aduertendum eſt, quòd ſi teſtis deponeret ſimpliciter,& non diceret toto, vel vniuerſo vel omni tempore vel loco perinde habetur, ac ſi de toto dixiſſet argum. not.per Crauettam conſi.lxxviij.colum.fi.Et ſi in contrarium faciat id, quod dicimus in definita non æquippollet vniuerſali in teſtibus vt per Alex.conſi.cxi.col.iij.lib.3.

266 Iuxta prædicta q.vtrum accuſator reo, teneatur edere diem,horam,locum,& tempus item nomina,cognomina, agnomina & patriam delinquentis ad probandum ſuam negatiuam, quòd non fecerit delictum? hæc q.requireret altiorem indaginem,ſed quia breuitati ſtudeo remiſſione ad quædam loca, quæ nunc ſuccurrunt contentus ero.hãc q.ponit Bart in libellorum nu.12.ff.de accuſat.& remiſſiue in l.is qui reus. colum.fi.ff.de public.ind.de ea not.in l. pantonius.ff.de acquire.hæred.& remiſsiones multas ponit Felyn.in c.ex tenore. ex.de teſtib.& Orian.c.quoniam contra nũ.lviij.ext.de probat.

267 Trigeſimus primus modus probandi negatiuam eſt per miſsionem exploratorum,qui diligenter inquirant & referant ſe non inueniſſe tale quid, vt per Bart.& alios in d.in

illa

illa per Rip.in d.cum eccleſia nu.lxxxvij.Felyn.in c.fi.col. fi.ex.de probat.Alex.conſ.xxxv.col.j.libr.4.& ita intelligo not.per Bart.in l.ſi quis ex argentarijs. §.& an hæredi.ibi facta diligenti inquiſitione.ff.de edend.& ita in probando quem non eſſe ſoluendo ſcribitur per omnes in l.decem. ff.de verb.obli.& in probando aliquem ſine liberis deceſſiſſe ſcribit Ang.in l.ex facto. §.ſi quis autem.ff.ad trebell. Alex.conſ.20.in fi.lib.1.conſi.39.col.2.lib.eo.& in probando quem non eſſe ciuitate per diſcuſſionem Angel.ponit in l.ſi vacantia. C.de bon.vac.vt refert Alex.ad Bart.in l. 2.§.ſi dubitetur. ff.quemadmod.teſtam.aper.à quo non recedit modus probandi per proclamata,de quo ſupradiximus,& an per verba notarij quis probetur nõ in loco Cranetta conſi.240.per tot.libr.2.His autem nuntijs,ita referentibus eatenus creditur, quatenus pertinet ad officium ſuum vt per Bar.in l.fin.C.de collat.fund.patrim.& ſcribitur in c.quoniam contra ext.de probatio.

268 Hic aduertendum eſt,quòd volentibus probare negatiuam per hunc modum, iudex tenetur impartiri officium ſuum,& mittere petitos exploratores,quibus referentibus ſe non inueniſſe credere tenetur vt poſt Baldum, quem refert, & ſequitur ſcribit Ioann.Ign.in d.§.non aliàs nu.68. ff.ad ſen.conſ.ſillan.Hic quoque ſubnecti poſſent ea, quæ diximus circa obſeruationem proclamatum ſed breuitatis cauſa prætermitto.

269 Trigeſimus ſecundus modus probandi negatiuam eſt ſi quando filius ea geſſit,quæ citra ius,& nomen hæredis fieri non poſſunt, & tamen dicit ſe paternam hæreditatem non adiuiſſe; tunc enim probando pro reſtitutione dotis maternæ ſibi fuiſſe hypothecata omnia bona teſtatoris, & dicendo ea ratione bona illa ſe retinuiſſe probat ſe hæreditatem non adiuiſſe Bald.in l.j.vbi Iaſ.C.de repudia. hæred.ſicut.enim mater ea bona poterat retinere,ita & filius ſec.Bartol.in l.ſi filio. ff.ſolut.matrimo.& de hoc late ſcribit Dec.conſ.ccxxxij.in prin.lib.2.& conſil.ccxxxv.col.ii. lib.eo.& conſ.dcxxi lib.5.& facit quia licet filius patris ſit ſuus hæres, tamen nunquam præſumitur eius hæreditatẽ adiuiſſe niſi probetur Bart.in l.gerit nu.xxi.ff.de acq.hær.

Dec.conſ.dclij.nu.8.lib.5. & ita ſcribit idem Decius conſ. ccccxcj. in prin. libr.4. & generaliter ex quacunque cauſa filius dicere poſſit ſe id geſſiſſe ſcribit Decius conſil.445. nu.54.lib.4.faciunt not.per Bar.in d.l.gerit nu.21. & ſequ. & an, & quando filius inhabitans domum patris dicatur adire hæreditatem Corn.conſi.cliij.lib.4.quædam tanguntur per Alexan.& Iaſ.in l.nam hoc.C.vnd.legit.& per eoſdem in l.j.C.de repud.hæredit.

270 Hic aduertendum eſt, quòd vt prædicta procedant neceſſe eſt,quòd alius hæres patris non extiterit; namque ſi alius hæres extitiſſet,tunc, vt vxor non poteſt pro reſtitutione dotis ita ex abrupto retinere bona mariti,ita nec filius vt declarat Decius conſi.cccc.col.ij.lib.3.

271 Secundo aduertẽdum eſt, quòd vt filius aliuſue hoc modo probandi vti poſſit neceſſe eſt, quòd aliquo ſigno demonſtret ſe bona non iure familiaritatis, qua in vita patris iux. not. in l. qui iure familiaritatis. ff. de acquirend. poſſeſſ.item non iure, quo prius retinebat, ſed proprio vt in ſimili de vxore ſcribit Socyn. conſil. cxxxj. in præſenti conſultatione col.iij.lib.1.quem refert,& ſequitur Decius. d.conſi.cccc.col.ij.lib.3.

272 Trigeſimus tertius modus probandi negatiuam eſt ſi quandoque res aliena apud me fuit,& nunc conueniar officio iudicis ad exhibẽdum: namq; ſiue res probetur apud me fuiſſe,ſiue non, ſolo iuramento probabo me eam rem non habere Barto.in l.ſi quis ex argentarijs vbi Bal. Alex. Iaſ.in §.pen.ff.de edend.Felyn.in cap. ſicut nu.17.ex. de re iudic. & quomodo probetur ſe non culpa ſua amiſiſſe Paris.conſil.clvj.lib.4.Decius conſi.cccclxxij.lib.4.Alexand. conſil.clviij.libr.2.& dicens ſe amiſiſſe inſtrumentum hoc probare per iuramentum ſcribit Bald.in l.ſi.col.ſi.C. de edendo,& de probatione per iuramentum quando quis cõuenitur officio iudicis Alex.conſi.xxxviij.col.j.lib.5.Rip. in c.cum eccleſia num.30.ex.de cauſ.poſſe.& propr. Bart. & Bal.in l.ſi creditor.C.de pign.act. Felyn. in cap. accepimus col.fin.ex.de fid.inſtrum.Abb.in c.cum ad ſedem numer.16.ex.de reſtit.ſpoliat. & remiſſiue tangit Alc.2. reg. præſumpt. 25. & de amiſſione probanda per coniecturas,

quia

quia ſumus in his, quæ ſunt difficilis probationis Alc. cõſ. liij. per tot. li. 2, & in terminis legis ſi quãdo. C. vnde vi ſcribitur ibi per repetentes, & quædam de amiſſione ponit Bartol. in tract. de teſte in verbo peremptam. fac. not. per eundem Bar. in l. is poteſt col. penul. ff. de acq. hered. & per Paris. conſi. 156. col. 3. lib. 4.

273 Id quòd diximus de probatione amiſſionis per iuramẽtum limit. vt procedat in ijs, quæ ſunt modici præiudicij, ſi quando res apud me fuiſſe probetur, ſecus in ijs, quæ ſunt magni præiudicij vt per Bald. in l. fin. col. fin. C. de edend. & in l. diſſolutæ. C. de condic. ex leg. & per Felyn. in d. ca. ſicut nu. 18. ex. de re iudicat.

274 Secundo limit. vt procedat quando agitur officio iudicis ad exhibendum, ſecus ſi res non petatur officio iudicis vt eſt de mente Bar. in d. l. ſi quis ex argentarijs. §. pen. ff. de edend. & declarat Alex. conſi. lviij. col. fin. lib. 1. & eſt ratio diuerſitatis, quia officium iudicis nullum præſuponit obligationis ſec. comm. tradit. in l. j. ff. de iuriſd. omn. iud. per. l. qui per colluſionem. §. fin. ff. de act. empt. & l. deducta in prin. ff. ad ſenat. conſi. trebell. quare non eſt mirum ſi facilius diſſoluitur arg. l. prout. ff. de ſolut.

275 Trigeſimus quartus modus eſt in probando negatiuã eorum, quæ in animo conſiſtunt, & generaliter probari per iuramentum ſcribit gl. in c. ſignificaſti. j. ex. de homic. vbi Fely. late congerit, & glo. in §. ſed iſte vbi Iaſ. ſcribit. in ſtit. de act. & eſt glo. magna in c. propoſuiſti. lxxxij. diſtin. & glo. in c. paſtoralis ex. de excep. glo. in l. at qui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt. gl. in l. j. C. ad leg. Corn. de ſic. vbi quem non vulneraſſe dolo. probatur per ſolum iuramentum, & de ea gl. ſcribit Iaſ. in l. admonendi ff. de iureiu. Fely. in c. ſi diligenti. ex. de præſcript. itaq; per eã probari, quẽ non egiſſe calumnioſe ſcribit Abb. in c. præſentium in iij. not. §. ex. de præſcrip. & ignorantiam probari per iuramentum ſcribit Abb. in c. 2. col. fi. ex. de conſtit. Socyn. iun. conſi. lxxix. nu. 25. lib. 3. & ita ab effectu probatur ignorantia ex eo, quòd quis fuerit læſus vltra dimidia iuſti pretij Alex. conſil. j. colu. ij. libr. 6. Non obſt. iuramento, quòd non tollit ignorantiam facti Dec. conſi. ccclj. vbi quę

ſit

ſit differentia inter errorem, & ignorantiam, & per iuramentum in perſona fide digna Alexand.conſ.iij.in fi.lib.6. tres modos probandi ignorantiam poſſit glo.in reg.ignorantia &c. & per publicam formam probari Dec. conſil. cliiij.Bar to.in l.is poteſt.col. 6. de acquiren.hæred.Alex. conſ.xxxvj.col.ij.lib.1.Bar.in l.ſi cui.§.ijſdem de accuſation.& iuramento ignorantiã probari Iaſ.in l. iij.§.iurari. iij.not.ex.de iureiu.Crau.conſ.cclx. col.j. Item ex actibus exterioribus declaratur animus, & nõ animus iuxta vulg. not.per. §. pauonũ. inſtit.de re.diuis.& ea,quæ notauimus ſupra n. Et ita ex eo, quòd quis extra iudicium confeſſus fuerit etiam parte abſente ſe ſcire rem eſſe alienam vel ſe alterius nomine poſſidere,non bonæfidei homo probatur vt per Alexan.conſi.clxxxvij.col.ij.lib.ſecundo,& ex qualitate armorum vt baculo haſta,funiculo, item ex qualitate percuſſionis,vt in manu in crure quem non habuiſſe animum occidendi,vt per ſcribentes in c.ſignificaſti.ext.de homicid.& ſcribentes in §.diuus.l.j.ff.ad leg. Corn.de ſic. Bald.in l.j.C.de emend.ſeruor.Alex.conſi.cxl. col.j.libr.ij. conſ.lxxxj.co .pen.lib.1.Dec.conſi.cccclij.col.fi.lib.3.Alexan.conſ.cxliiij.col.fi.lib.2.Veron.conſi.xxviij. Paris.cõſ. clxi.col fi.lib. 4. & tetigimus ſupra n.& per publicam vocem,& famam in vicinia, quem eſſe in non bonafide ſcribit Socyn.iun.con lxix.num.lii.libr.1.& Paris.conſil.50. col.ii.lib.1.vbi & ex eo,quod quis dubitet an res ſit aliena in malafide probatur,& ſi ex curſu Decennii,vel.30. annorum etiam ſine titulo purgetur malafides vt per Alexand. conſ.ccvi.col.fin.lib.2.conſi.cxliiii.in prin.lib.1.Dec.conſ. cclxxii.nu.8.lib.1.conſi.cclxvi. lib.eo. vel ſi tacitè bona fides allegetur,vt per Dec.cõſ. cclvii. etiam poſt concluſionẽ in cauſa vt per eundẽ Dec.conſ.cclxvi.lib.2. vt purgatur,ex authoritate ſuperioris impertita vt per ſcribẽtes in l.iuſte poſſidet.ff.de acq.poſſeſ.& per Bart. in l.frater à fratre col.antepen.ff.de condict.indeb. Item probata abſentia probatur ignorantia eorum,quæ geſta fuerint in loco, item ſi probetur citatio facta in alio loco, quàm vbi habitetur vt per Dec.cõnſ. 460.col.fi.lib.4.Bar.in l.ait prætor. column.ij.ff. de damn. infect. item error probando rem ſe

aliter

aliter habere,probatur.vt per Dec.cõſi.408.col.pen.Alex. conſi.102.col.pen.lib.1.etiam ſi error iuris eſſet, etiam in facto proprio cum agitur de damno euitando, quod eſt etiam in lucro oneroſo Alexan. conſi.cij.col.pen. Decius conſi.402.col.ii.libr.3.Item ſi bannum,aut ſaluus conductus publicatus uon fuerit ignorantiam probatur, ex quo ad quæſtionem de occidẽte Bannitum Dec.conſi.327 per tot.libr,ij.& ex eo, quòd alius fecit ignorantiam probari præterquã quòd regulariter præſumitur poſt not. in l.fi.ff. pro ſuo Decius conſ.328.nu.6.lib.3 & ibi quòd per abſentiam quoq; & in conſ.ccciiij.lib.3.,& ex actu facto clandeſine ignorantiã probari Paris.conſil.lvij.col.j.lib.4.Et ex qualitate perſonæ,vt ſi qua ſe monialem probet ignorantiam quoque factorum demôſttabit Abb.c. quoniam per illum tex.ext.de ſimon.Dec.conſil.dxxx.col. fin.lib.4.& ſi fiat de nocte,item in multitudine perſonarum iuſte ignoratur Alex.conſi.4.in fin.lib.6.item ex multitudine negotiorum Alex. conſ.ccxv. col.fi. libr. 2. & ex ſucceſſionem locum alterius Aymo conſi.cci.nu.32.lib.2.

Item ex coniecturis ea, quæ in animo conſiſtunt probari poſſunt vt metu contractum eſſe matrimoniũ ſcribit Alc. conſi.clvi.col.i.lib. 5. vbi magis credi teſtibus de metu affirmantibus, quam de libera voluntare affirmauit vt per Innoc.in c.ſuper hoc in gloſ.& hoc vult ex.de renunt.Bal. in l.obſeruare.§.proficiſci.q.xiii.ff.de offi.proc.Bal. in cõſ. ſchiſm.poſt Rubri.ſi quis aliq.teſt.prohib. colu. xiiii. in l. fin.in fin.C.de hæred.inſtitu.Ang.in l.i. & in l.fin.ff.de eo, quod met.cauſ.Lancell.Dec.in l. turpia.in fi.de leg.i.Corſ. ſing.in verbo teſtes. Iaſo.in l. ſed ſi quis.§. quæſitum. ff. ſi quis caut.Dec.in cap.fin.in fin.extr.de appellat. Alciat.3. reg. præſumpt. 7. vbi quædam alia allegat. mihi tamen non placet hoc dictum, quia metus nihil aliud eſt quàm negatiua non liberæ voluntatis, & magis creditur ſecũd. commun.tradit.teſtibus affirmantibus, quam negantibus gloſſ.in l.diem proferre.§.ſi quis.ff.de arbitr.cum his, quę aliàs congeſſimus. inde qualitas metus non ineſt à natura.inde ubi teſtes non deponunt per ſenſum ibi æquè credi tur affirmantibus ac negantibus vt dicemus infra.nu.

Niſi

Niſi magis dicamus negantibus credi argu.not. ſupra nu. & ita coniecturis metum probari,ex minis, ex reuerentia, ex vultu terribili alicui demonſtrato item ex eo, quod ſi aliter factum eſſet periculum honoris, & famæ imminebat Crauett.conſi.xlix.per tot.lib.1.& per Bar.in l.j.§.quæ onerandæ.ff.quar.re.act.non det.& per Abb.in c.pen.extr. de eo quod met.cauſ.Paris.conſi.lx.col.j.& ij.lib.4. conſil. lxv.& conſi.lxvj.lib.eo.Alex.conſi.xcviij.& ſeq.lib.3.Alex. conſi.j.conſi.lij.lib.eo. Veron. conſil.ccj.colu.ij.Alciat.iii. reg.præſump.7.cum ſimil. Item ex coniecturis teſtatorem quid voluiſſe vel noluiſſe quotidie dicimus vt in l. j. C. de pact.de conditione ſi ſine liberis,& per Crau.conſi.xcviij. lib.de quibus melius erit tacere quam pauca loqui, item ex coniecturis argumentamur dolum & nō dolum vt per glo.in l.apud celſum in prin.ff.de except. Crauetta conſil. ij.lib.j.& de quibuſdam modis, ex quibus dolum argumentemur Crauett.conſi. cxliij.colu.pen.conſi.cxcij.colum.5. conſi.cclxxxij.col.fin.& conſil.cccxx.lib.ij.
Item coniecturis probatur malefides de quibus per repet. in l.celſus.ff.de vſucap.Paris.conſi.lxvj.col.fi. lib.3.conſil. xcij.colum.iij.lib.3.

276 Circa hæc nè de his latius vager, aduertendum eſt ad id,quod diximus iuramento probari ea,quæ in animo cōſiſtunt:hoc enim recipit quaſdam declarationes,& primo hoc non procedit in perſona infa mi, aut aliàs minus fide digna,hæc enim perſona negatiuam in animo ſuo conſiſtētem probare non poteſt ſec.Archid.in c. quia præſulatus. j.q.iiij.Bal.in l.falſus.iij.oppoſ.C.de falſ.Fely.in ca.ſignificaſti,nu.3.ex.de homic.Iaſ.in §. ſed iſte nu.xcvj. inſtit. de act.Secundo limit.in eo,qui contra id,quod in animo habet,& ſuper quo iuraturus,præſumptionem habet Bart.in l.inter omnes.§.recte colu.fin.ff.de furt.Rōt.ſom.ccccxxv. Ioann.de Immol.in c.2.col.ix.ex. de conſtit. Felyn. in d.c. ſignificaſti colu.j. Iaſo. in d §. ſed iſte nu.xcij.vbi quædam ſimilia adducit.Tertio limit.non procedere vbi contra iuramentum aliquid præterea eſſet probatum, ex quo iuramentum eius alſum appareret quodetiam ex coniecturis admittetur vt per Bart.in l.ij. §. ſi à pupillo circa fin.ff.de vſucap.

vſucap.pro empt.Bar.in l.is poteſt col.viij.de acqu.hæred. Fely.in d.c.ſignificaſti.& per Iaſ.in d.§.ſed iſtæ nu.93.facit quia vna præſumptio aliam tollit vel non admittit. l. Diuus.ff.de in integ.reſtit.Dec.conſi.470.nu.10.cum ſimilib.

277 Hæc omnia limit.non procedere in foro conſcientię,in quo ſoli aſſertioni etiam non iuratæ reiectis quibuſcumque probationibus & coniecturis,ſtamus ſec.gloſ.in ca. ſignificaſti ij.ext. de homicid. Lapum alleg.xciiij. Felyn. in d.c.ſignificaſti.colum.j.& non eſt mirum, quia aliud eſt forum conſcientiæ, aliud contentioſum vt per Hieronym. Cagn.in l.ij.in prin.C.dę pact.int.empt.& vendit.

278 Trigeſimus quintus modus probandi negatiuam eſt in probando res non eſſe in bonis alicuius, hoc fiet ſi probentur res de genere earum,quæ hominum comertio ſunt exemptæ & alijs modis non ſunt in alicuius bonis de quibus in l.inter ſtipulantem.§.ſacram. ff. de verbor. obligat. & in §.i.vſque ad §. ſingulorum. inſti. de re. diuis. & varijs in legibus ſub titulo. ff. de acquirend.re. domin. Item per proclamata, exploratores, & diſcuſſionem an aliquis an hanc rem habeat in bonis, & an ſciatur, quòd aliquis habeat. item ſi modi probentur ex quibus habita fuerit pro derelicto, item ſi nunquam ab aliquo fuit poſſeſſa & ſimilibus modis de quibus per Orian.in d. c. quoniam contra nu.188.& ſi probetur tantum temporis præteriiſſe,quo res veriſimiliter ſit conſumpta vt per Alex.conſi.4. nu. 12.lib. 2.& ex eo, quod in alterius bonis ſit probatur alterius non quia eiuſdem rei duo domini inſolidum eſſe non poſſunt Alex.conſi.45.col.2.lib.1.

279 Trigeſimus ſextus modus probandi negatiuam eſt per iuramentum in defectum ſemiplenæ probationis iux. not. per Doct.in l. admonendi. ff. de iureiur. & ita cum negatiua ſemiplenè eſſet probata per famam iuramentum deferri poſſe conſuluit Decius conſil.dclij.libr.5. de hac materia multa ſcribi poſſent,ſed breuitatis cauſa omitto. Illud prætermittendum non eſt, quod aliàs me tetigiſſe memini, in ijs, quæ ſunt corporis afflictiua, neque actori, neque reo deferri iuramentum in defectum ſemiplenæ probationis ſec.magis commun.reſolut. vt per Ioann.

ign.in d.§.non aliàs num.204.243.& 272.ad ſen.conſi.ſil-
lan.Dec.conſi.xxxvij.in fin.libr.1. in ijs verò quæ ſunt cor
poris non afflictiua arbitrio iudicis remitti vt in d.locis,&
ſi præterea ad eſſet aliquid vltra ſemiplenam probatio-
nem etiam in grauioribus deferendum eſſe iuramentum
ſcribit Alexand.conſil.lxvj.colu.j.lib.1.& an in cauſa ma-
trimoniali admittatur probatio per iuramentum in defe-
ctum ſemiplenæ probationis Dec.conſi.ccclj.in prin.libr.
2.Crauetta conſi.lxxiij.col.j.lib.1.

280 Secundo non eſt prætermittendum, quòd vbi pro for-
ma requiruntur duo teſtes ibi non admittitur iuramen-
tum in defectum ſemiplenę probationis Decius conſ.105.
numer.4.lib.1.

281 Trigeſimus ſeptimus modus probandi negatiuam eſt
in probando aliquem non poſſidere, hoc fiet ſi probetur
quem redeuntem ad poſſeſſionē ſuam admiſſum non eſſe,
aut de poſſeſſione illum eſſe deiectum, aut eſſe ſuſpicatū
ſe poſſe repelli vt per Alex.Iaſ.& ſcrib.in l. clam poſſidere.
§.qui ad nundinas.ff.de acqu.poſſeſſ.item ſi decennio quis
ab fuerit,ſi colonus poſſeſſionem interuerterit, item ſi co-
lono nominante authorē in iudicio victori poſſeſſio ſit ad
iudicata item ſi vicarius epiſcopi de poſſeſſione eijciatur,
item per traditionem alteri factam,per conſtitutum,pre-
carium,retentionem vſus fructus,item ſi colonus fuerit de
iectus vt per Alexand.quædam in l.peregre.§.fin.ff.de ac-
quirend.poſſeſſ.& per ſcribentes.in l.fin. C. de acquirend.
poſſeſſ.Crauettam conſi.v.colum.iij.lib.1.& tot.titu.ff. de
acquire.poſſeſ.& ſi quis rem propriam ab alio conduxerit
de quo videndū eſt per repet.in l.ſi rem aliquam.ff.de acq.
poſſeſ.& ſcripta per Paris. conſi.lix.col. penul.libr.2.item
ex eo, quòd quis poſſeſſionem ſuam ab alio occupatam
ſciens neglexerit cum potuerit eam recuperare Alexand.
conſi.xxv.col.fina.lib.6. item ex eo, quòd probetur alium
fructus habere,& recolligere item in domo habitare,& ex
ea penſiones percipere Dec.conſil. cccc.item ex eo, quòd
probetur alium in præteritum recollegiſſe, licet nunc du-
bitetur Corn.conſi.xxvij.col.pen.lib.4.Dec.d. conſi.cccc.
col.iij.item ex eo, quòd fuerit terminus aſſignatus ad do-
cendum

cendum de ſua poſſeſſione, & hoc factum non ſit arg.not. per Paris.conſi.cix.col.fin.lib.3.item ex formidine, & mœſtitia contracta ex amiſsione naturalis poſſeſſionis vt per Crauettam conſi.v.col.iij.lib.1.

282 Trigeſimus octauus modus probandi negatiuam eſt in probando aliquem iuriſdictionem non habere hoc fiet ſi probetur, quòd euenientibus caſibus exercendæ iuriſdictionis ille vſus non fuerit, vt euenientibus caſibus Homicidij latrocinij, & ſimilium, & qu od iuriſdictione vti nequiſſet quin hoc per teſtes ſciretur vt per Inno.in ca. dilec. ex.de capell.monach.refert, & ſequitur Ioann.ign.in d.§. non alias numer.clxxxviij.ff.ad ſenat.conſ.ſillan.& ſi quis non viſitauerit legatu m probatur non ſubiectus Anchar. conſi.cccx.col.ij.& ſcribit Crauett.conſi.cxj.col.iiij.item ſi quandoque aliquis requiſitus a Domino de ſubiectione, is dominum non recognouerit, & tantum tempus prxterijt, quo præſcriptio fuit inducta, vt per Iaſ.in §.æque. inſtit.de act.Alex.conſi.cxxxvj.col.pen.lib.2. & in non ſubiectione pro collectis imponendis Crauetta.d.conſi.cxj. lib. 1.& ibi col.ij.quòd ſi pro parte recognouit in reliquum ſit libera item ſi per Decennium quis tractatus fuerit eo modo,quo non ſubiectus Dec.conſil.ccclx.colu.ij.lib. 2. item per exemptionem,& priuilegium Decius conſi. clij. lib.1. Item ſi per actus extrinſecu s is demonſtrauit apud alium eſſe iuriſdictionem vt per Dec.conſi.ccvj.nu.7.lib.2.argu. not.per Bar.in l.filiusfamiliàs.ff. ad ſenat. conſ. macedon.

283 Trigeſimus nonus modus probādi negatiuam eſt, quòd ille cui incumbit onus probandi negatiuam agens cum eo, qui non fecit, procuret, & faciat, quòd is affirmatiuam non allegat; tunc enim affirmatiuam non allegando videtur aduerſario onus probāndi negatiuam remiſiſſe, tacens enim iudicio conſentire videtur vt per Decium capitul.quoniam contra ext. de probat. & in terminis ita conſil.Crauetta.d. conſil.j. circa fin facit ratio, quia beneficium alicui delatum, non antea quæritur, quam ſignis demonſtrauerit ſe beneficio illo vti velle, iuxt.gloſ. in l.vniuerſa.C.de prec.imp.offer.Decius conſil.cxciij.lib. 1. & conſil. ccvj. numer.8.libr.2.& per Dec.conſil.cclxxvj.

numer.3.libr.eod.item id,quod aliàs dicimus,quòd oppoſitum aliàs impediens, ſi opponi omittatur nihil impedit ex quo licet aliàs procurator non admittatur in criminalibus, tamen ſi hoc non opponatur proceſſus valet vt per Decium conſi.cccclxix.ad fi.lib.3. item licet laycus de cauſa ſpirituali cognoſcere non poſſit, tamen ſi non opponatur valet proceſſus Anchar.conſi.xcviij.col.ij.item tertius pro ſuo intereſſe comparens ſi ei de non intereſſe, vel docto intereſſe non opponatur valet proceſſus Aymo conſil. ccxx.colu.j.libr.2. item licet à religioſa perſona ſanguinis ſententia ferri non poſſit tamen hoc non procedit vbi nō opponatur Aret.conſi.lviij.col.3.item parte non opponente coram alio iudice fieri poteſt reconuentio Corn. conſil. xxx.col.iiij.lib.2.Socyn.conſi.cclxx.col.iij.lib.2.item licet ab interlocutoria de exequendo appellari nequeat tamen hoc fallit quando non opponatur Crauetta conſ.cclxxiij. col.fin.lib. 2. & ſcriptura priuata dicitur approbari ex eo, quòd contra eam aliter non opponatur Alex.conſ.clxxxv. in fi.lib.6.& contra præſumptionem iuris,&de iure admittitur probatio in contrarium,item cumulatio petitorij, & poſſeſſorij parte non opponente Craue.conſi.ccxlviij.col. ij.lib.2.item per omiſſionem exceptionis rei iudicatæ ſi cō tra probatum fuerit contra rem iudicatam iterum iudicari debet Alex.conſ.lxiij.col.pen.lib.4.conſi.lxxvij. lib.2. & in l.iudex poſteaquam.ff.de re iudic. Panormit. & Fely. in ca.cum Bertoldus.ext.de re iudicat. Item licet creditor hypothecaria contra debitorem poſſidentem, dominium probare non teneatur,tamen tenetur hoc allegare Bar. in l.rem alienam.ff.de pign.act.Bald.in l.etiam colu.ij. C.de execu.re.iud.Salyce.in l.certi.C.locat.Alex.conſi.cxxxvij. col.j.lib.2.ad hæc not.per Crau.conſil.ccxlviij.lib.2.Fely. in c.meminimas col.pen.de accuſat.Dec. conſi. cccclxix. in fin.libr.4.Hic modus ſi quidem verus eſt notabilis mihi videtur.

284 Quadrageſimus modus probandi negatiuam eſt in probando notarium non eſſe rogatum de inſtrumento, quòd fiet ſi teſtes appoſiti in inſtrumento dicant ſe præſentibus notarium rogatum non eſſe,itaq; ſcribit Aymo cōſ. cxvij.

lib.1.

lib. 1. & generaliter inſtrumentum reprobari ſi teſtes dicant ſe præſentibus hoc dictum non eſſe Alex. con ſi. 140. col.j.conſ.lxxii.col.j.conſ.lxxiiij.col.ij.lib.1. Paris. conſil. clxij.col.j.& ij.lib.4.& de clauſula omni meliori modo Paris.cõſ.xix.col.iij.lib.3. & in teſtibus d. centibus ſe non vidiſſe pecuniam numerari licet hoc aſſeratur in inſtrumẽto Alex.cõſ.clxxix.col.ij.lib.2. & an & quando ex hac reprobatione procedi poſſit de falſo contra notarium ſpec. in titu.de teſt.verſ.ſed pone Alex.conſ.65. lib.2. conſi.70. col. ij.lib.1.Cur.ſen.conſ.lv.col.viij.Alcia.3.reg præſumpt. 13.

285 In contrarium tamen facit,quia notarius in dubio præſumitur rogatus vt per Alexand.conſi.lxxiij.ad fi.lib. 1. & conſi.xlviij.lib.5.Bald.in Rub.col.iij.C.de fid. inſtrum. in c.cum in iure ad fin.ex.de offic.deleg.conſi. xxij. in fin.lib. 1.conſi.clviij.libr.2.Aegid.Bellam.Dec.cclxvij. notarius. Iaſ.in l.ſciendum col.xij.ff.de verbor.obligat.Corn.conſi. cxcj.lib.1.Rub.conſ.xlv.in fi.Imo.in l hæredes.§. in teſtamentis.ff.de teſtam.Orian.in c.quoniam in verbo teſtium nu.40.ex.de probat.Dec.conſ.xj.col.viij.lib.1.Paris. conſ. ciiij.col.vj.nu.73.lib.1.quicquid contra ſcripſerit Alexan. conſ.cliij.col.ij.lib.1.vbi de comm.atteſtatur, idem in l.j. col.iij.C.de eden.Corn.conſ.cccviij.libr.3.con ſ.lxx.col.ij. lib.4.Iaſ.in l.hac conſultiſſima col.j.C. de teſtam. & conſi. lxviij.col.ij.lib.1. Sed prima eſt cõm. præſertim vbi notarius de rogitu atteſtaretur argu. not. per Bal.in aut. quod ſine.C.de teſta.Cardin.conſi.cxxxiij.ad ſingu la colu.ij. & ſcriptorũ per Alex.cõſ.xiiij.col.fi.lib.6.Fely. in c.1.col.pe. de fid.inſtr.& per Dec.d.conſ.xj.& ita ſcribit Paris.d.cõſil. ciiij.nu.71.lib.1.faciũt ea,quæ diximus aliàs de facto proprio notarij,& de præſumptione,& priuilegio inſtrumẽti.

286 Quare iſte modus reſtringitur,vt procedat, ita demum ſi teſtes dicant notarium rogari,itẽ tale quid dici aut fieri a partibus non potuiſſe quin ipſi audiſſent, & ita declarat Paris.conſi.clxij.col.ij.lib.4.Paris.conſi.xix.col.iij.lib. 3.faciunt ea, quæ infra dicemus de ratione teſtis ſuper negatina.& ex hoc non ſufficit quod teſtis dicat ſe non recordari an rogatus notarius hoc aut illud factum, dictumue fuerit Alex.conſ. lxxxviij.in fi.lib.4. Alex.conſi.xxxiij.nu.

21.lib.3.conſi.xxxiij.nu.2.lib.1.conſi.xciiij. in prin.libr.6. Iaſ.in l.eleganter col.j.ff. de condict. in deb.Alc.in l.j.§. ſi ſtipulanti.numer.xlij. ff. de verbor.obligat.& ita loquitur Craue.cxvij.item requiritur quod teſtes dicant, probetur, aut aliter appareat, quòd ſunt illi ijdem teſtes,qui adhibiti fuere in præfato inſtrumento; non enim ſufficit illos eſſe eiuſdem nominis,& cognominis ſi de identitate aliter non appareat,vt per Alex.cõſ.cxc.col.fi.lib.6.cõſ.lxxxviij. nu.xxvij.lib.5.& conſi.cxc.in fi.lib.6.Iaſ.conſi.xiij.colu.ij. libr.3. licet aliàs vnitas præſumatur Alex.conſil. cxix. col. iij.lib.1.Guid.Pap.Dec.lxxv.col.ij.Corn.conſi.cccxxxiiij. lib.1.Dec.poſt Aret.c.in pręſentia col.v.ex.de probat.Iaſ. in l.fi.vbi Dec.C.de ſec.tabel.

287 Hæc mihi notanda videntur tum in reprobatione inſtrumentorum omnium, tum in reprobatione teſtamenti in quo non ſufficit teſtamentum eſſe lectum coram teſtatore, & teſtatorem teſtamento annuiſſe(quicquid de alijs inſtrumentis dicendum ſit) niſi teſtaris rogitus præcedat vt nouiſſime conſuluit Socyn.iun.(quicquid alij dixerint) conſi. clxxxiij. per tot.lib. 2. Circa hæc illud mihi prætermittendum non videtur, quòd quicunque inſtrumentum reprobare intendit non prius auditur, quam cauſam expreſſerit ex qua ſe falſum dicere contendat Bart.conſi.lxv. Petrus Nicolæ Bald.in ab aneſtaſio in fin.C.manda. Paulus in l.iuriſgentium.§.dolo.ff. de pact.Alexan.conſi.xxix. col.v.lib.5.conſi.xj.in prin.lib.3.conſi. xxviij.nu.xj.libr.1. & in l.iuriſgentium.§.pactorum.ff.de pact.Aret.de except. in prin.colu.xxj.Dec. in l. imaginaria in fi.ff.de reg.iur.faciunt not.per.l.prætor edixit de iniurijs.

288 Quadrageſimus primus modus probandi negatiuam eſt in probando aliquem ius non habere hoc fiet ſi quem illo iure vti volentem prohibitũ fuiſſe dicamus vt per ſcribentes in c.ſignificaſti.ex.de appellat.Alex.conſi.xlv. libr. 2.Iaſ.in l.quo minus col.v.ff.de flumin.& in.§.æquè.inſtit. de action.Aymonem conſi.cxliiij.lib.1. quod procedit etiam in prohibitione extraiudiciali dummodo tempus lõgiſſimum ad inducendam præſcriptionem idoneum interuenerit vt per Veron.in tract.de ſeruit.ſub tit.de furno.

3.q.Panormi.in c.abbate.S. Siluani.col.ij.ex.de verbo.ſignificat.Iaſ.in d.l.quominus nu.xxxj.& per ſolutionem.x. annorum contra priuilegium probari non ius priuilegij Alex.conſ.cxciij.col.fi.lib.2.& conſi.xxxiiij.lib.5.& ſi quis per ſpatium.xl.anno. collectas non ſoluerit probat ſe non ſubiectũ ſolutioni collectarum Corn.conſ.cxlij.col.pe.lib.3.conſ.cclxviij.col.j.libr.4. & late congerit Crau.conſ.cxj.col.iij.lib.1.Item ex eo quòd ius ad alium pertinet ad aliũ non pertinere in iure piſcandi Decius conſi. cclxxj.nu.10. & per priuilegium exemptionis conſtat de non ſubiectione vt per Paris.conſ.xcvj.col.j.lib. 4. Per remiſſionem iux. l.procula.ff.de probat.& l.poſtquã liti cũ ſimil. C. de pact. per alienationem,per verba illius cui credendũ ſit & alijs modis,quos enumerare laborioſius eſſet,quam ſubtile.

289 Quadrageſimus ſecundus modus probandi negatiuam eſt in probando aliquem non habere ſeruitutem, hoc fiet modis præcedentibus item probando quòd quis eſt vſus iure familiaritatis, & non ex cauſa ſeruitutis, vt de rebus mulieris, quas in dubio iure familiaritatis cum marito poſsidere præſumitur Alex.in l.qui iure.ff. de acq. poſſ.& ita, quòd in dubio iure familiaritatis quis vtatur ſcribit Fran.Rip.in d.c.cũ eccleſia ſutrina.ex.de cau.poſſ.& prop. Alex.conſi.ccxiij.col.pen.libr.2. item ſi ſeruitute vti voluerit fuit prohibitus & tempus ad præſcriptionem conſtitutum præterijt Ange. in l.qui luminibus.ff.de ſeruit.vrban. præd.Alex.conſ.174.in prin.lib.2. item ſi producatur quo ſeruitus non ſit conſtituta,vel ſi probetur res cõis Alexan. conſ.vlt.lib.1. vbi & ſi non vtendo quis ſeruitutem amiſerit, item ſi tempus diuturnum non interueniſſe cõtra fundantem ſe in præſcriptione. l. ſi quis diuturno.ff.de ſeruit. item ſi probetur abſentia partium,item non cõtinua poſſeſsio item quod quis non ſit dominus prædij,cui ſeruitus ſit quærenda vt de his modis per Orian. in cap. quoniam contra falſam in verbo teſtium nu.xciiij.ex.de probat.Io. Ign.in l.neceſſarios §.non aliàs num.clj.ff. ad ſillan.Bart. in l.j.§.hoc interdicto. ff. de itin. act. quæ priuat.item ſi euenientibus caſibus vtendi ſeruitute, illa quis vſus non fuerit præſertim longo tempore interueniente, vel cu-

ius initij in contrarium memoria, non exiſtat item ſi pro parte tantum probetur ſeruitus in reliquo enim præſumi tur libera vt per Aymo.conſi.cxj.col.j.& ij.lib.1.
290 Quadrageſimus tertius modus probandi negatiuam eſt in probando mortem, quæ in negatiua conſiſtit hoc eſt,quòd aliquis non viuit vt per Bart.in l.ij.§.ſi dubitetur. colum.j. ff. quemadm. teſtam. aperiant. hoc fiet data loci longinquitate, & cauſa pecuniaria(in cauſis enim grauio ribus, etiam ciuilibus mortis plena probatio requirit vt per Alex.conſi.xxv.col.ij.conſi.cxvij.col.ij.lib.4.& conſil. clxxxvj.lib.6.) Bal.in c.1.§.ſi verò ext.vt lit.non conteſtat. Alex.conſi.4.lib.2.conſi.xxvij.lib.7.Dec.conſi. dlxxv. col. iij.conſ. xxxvij. & conſ.dclij. per famam quoque in dictis cauſis pecuniarijs probatur mors accedentibus alijs cõiecturis vt luctu parentum,& cõſanguineorum, & quòd ab eis pro mortuo talis habitus fuit,& reputatus Alex. conſi. clxxij.col.iij.lib.6.Plane quis dicatur locus longinquus in materia quandoque dubitaui Alex.d.conſi.xxv.col.j. libr. 4.dixit eſſe locum longinquum quando ex eo, in loco iudicij facile probationes haberi non poſſunt equidem hoc arbitrio iudicis remitterem arg.not.per l.j. ff. de iu.delib. & per Bart. in l. Dies cautioni.§.ſi tam.ff. de damn.infect. Alexan.conſi.ix.in fin.libr.3.item mors probatur ex curſu longi temporis, quo homines non recordentur aliquem vidiſſe,& publicam famam,quòd ille ſit mortuus, item ex miſſione exploratorum an is ſit mortuus, item per.xxx. 20.& per quinque annos,quis non fuerit repertus, & de eo notitia non habeatur Alex.in d.conſi.col.j.& ij.lib.4. Aymo.conſ.cxxvij.col.fin. libr. 1. Item probatur mors ſi quis in aciem ingredi viſus fuerit,& poſtea non ſit repertus ſec. Bar.Bal.Ang.&c.in l.fi.§.ſi quis in bello.ff.de his, qui not. infam.Corn.cõſ.cclj.lib.j.item ſi conſanguinei habuerint. aliquem pro mortuo,& de eo luctum fecerint vt per Alex. conſi.xxv.col.ij.lib. primo. Planè ſi poſt ingreſſum in aciẽ viſus fuiſſet ex hoc modo ſolius ingreſſus id non probaretur vt per Dec.cõſ.dlxxxv.per tot.lib.4.& conſi. lvij.col.iij. libr.1. item probatur mors ſi aliquem eſſe interfectum, & delatum ad ſepolturam, ſe vidiſſe teſtes dicant vt per

Dec.conſil.lxxxiij.col.pen.lib.1.Mors quoque præſumitur ſpatio centum annorum vt per eundem Decium vbi teſta tur de comm.opin.conſi.dlxxv.lib.v.Hic tamen eſt aduer tendum quòd l.fin.quæ adhoc ſemper alle.C.de ſacroſ.eccle.hoc non probat; quippe cum de actionis vita loquatur: eodem modo non probat text.in l.ſi vſusfructus. ff.de vſusfruct.leg.hoc eſt centum annos eſſe finem longiſſime vitæ;quaſi ſentiat contrarium quòd vita ordinaria vt longa non ſit ſpatium centum annorum; inde ibi hoc ſit per conſtitutionem magis, quàm per præſumptionem vt in l. hæreditatum. ff.ad.l.falcid.Quare ego puto in iure non eſſe conſtitutum præſumptionem regularem, quòd quis magis ad vnum tempus, quam aliud viuere præſumatur,accedēte quod præſumptionis verbo leges vterentur ſi ita ſentirent & ſi qua præſumptio ſumenda eſt,ſiet e xcommuniter accidentibus de vita & non vita, vt ſi dicas communiter accidit quod homines non egrediantur vita terminos. 70.annorum vera erit propoſitio, ſi dicas à communiter accidentibus homo viuit vſque ad.60.in.70.an.vera erunt hæc à communiter accidentibus. Quod ſi dicas viuit,vel non viuit vſque ad centum annos, ad ea, quæ raro accidunt, per modum regulæ aut præſumptionis generalis ſe lex non adaptauit ad hæc faciunt not.per Corn.conſil.cccxl.libr.1.& per Paris.conſi.60.in fin.libr.4.quicquid contra ſenſerit Alciat.j.reg.præſumpt.44.item ſi quis nō reperiatur in his, in quibus tractatur de modico præiudicio præſumitur mortuus Bartol.in l.& ſi vnius. §.ſi vnus.ff. ad ſillan.Dec.conſi.dclij.nu.3.lib.quinto,& per productionem teſtamenti alicuius illum mortuum præſumi. Deci. conſil.dlxxxviij.colum.prima libr.quarto. & ex delatione corij animalis probari de illius morte licet ſecus ſit de culpa Bald.in l.cum ita. §.ſpecies.ff.de leg.2.Alex.conſ.clviij. colum.prima. lib.2.& generaliter de probanda morte ſcribitur per Bar.& Doct.in l.2.§.ſi dubitetur.ff.quemadmod. teſtam.aperiant. in l.ſi quidem. C.ſolut.matrimo.& per Docto.in c.in præſentia ex.qui filij ſint legit.Bart.in tract. quomodo prob.mors. & in tract.de teſtibus in verb.mortuum Felyn.in c.quoniam frequenter. §.porro col.9.ex.vt

lit.

